Lettres de mes Enfans
et autres papiers

Ms 312

II

Compendium par Mr. Ruffat chez Galeyssatter
Rue de Rome au dessus de Manavit

Cabinet Litteraire chez Sarjot rue de la
poste prend 8 4 4 4

Ruffat, Professeur de Droit Toulouse
Histoire du droit

Institutes de Justinien Toulouse 1805

Commentaires sur les Institutes de Justinien Toulouse, 1832

- 213 pp

Etienne Dulos de Saint Mart
(32 Rue Riquet)

Cours du Professeur Ruffat avec les Commentaires de
l'Etudiant

III

Jus Romanum

Professore Domino Rufat

Facultè De Droit de Toulouse

Etienne Ducos De St Mont

An 1826 et 1827

Institutiones

Divini justiniani

---

quando justinianus imperium gere capit. anno 527 habebant tres codices seu collectiones imperatorum constitutionum scilicet Gregorianus hermogenianus et theodosianus ex his titulis novum justinianus composuit codicem qui ideo est dictus justinianeus et promulgatus anno sequenti.

Comme justinien empereur plusieurs codes il est bon de se rapeller ce principe posterior derogant prioribus ainsi si une decision du premier code ou du digeste ne s'accorde pas avec le code repetitæ prælectionis cest toujours la decision du dernier code a laquelle il faut s'en rapporter. De même les novelles derogent aux deux cods.

Anno deinde 530 ad jurisconsultorum opera quæ passim erant nullis juribus extendit et quorum sententiis aliam fecit collectionem quam digesta seu pandectas appellavit ex eo quod jura omnia certum in ordinem collecta redegit.

Postea autem scripsit tribus juris compendium ex supradictis collectionibus institutiones componi jussit. quas promulgavit anno 533.

Cum insuper pertæ codicum codicem novis emergentibus causis novas constitutiones tederet consilium iniit codicem suum refingendi et illum novis constitutionibus auctum repetitæ prælectionis dictus est. codex repetitæ prælectionis hunc promulgavit anno 534.

Plures alias deinde constitutiones edidit quæ novellæ dictæ sunt.

De institutionibus. solum agendum nobis est. sunt autem institutiones primæ legum cunabula.

(2)

seu totius legitimæ scientiæ prima elementa dividuntur in quatuor libros libri dividuntur in titulos tituli dividuntur in paragraphos quorum primus vocatur principium

Institutionum liber Primus

Titulus primus
De Justitia et Jure
ad principium

Justitia duplex est alia moralis, alia civilis moralis est constans et perpetua voluntas jus suum unique tribuendi

Civilis est allem peratis actionum suarum ectemarum ad legem qua quis neminem ladit et jus suum cuique tribuit

Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia justi atque injusti scientia

Recitus tumen definiem potest habetus tractans leges recte interpretandi applicandique rite ad species quæ uis obveniuntur

Jus est ars justi atque injusti et boni id est complexio regularum quibus præcipitur quod bonum et æquum est

Duplex est Publicum quod ad statum rei romanæ spectat et privatum quod ad singulorum utilitatem pertinet

Titulus Secundus

De
Jure naturali Gentium et Civili

Causa dicendi de hoc triplici jure ut pote pertinens ad jus constituendi, et hoc nobis tantum incumbit ut de jure constituto tractemus.

Jus naturale, est jus ab ipso deo per rectam rationem promulgatum.

Jus gentium est jus ipsum naturale integrarum gentium neg civibus et cœtibus applicatum.

Jus civile est illud quod quisque populus ipse sibi constituit eta ut pro duplici modo quo jus illud potest constitui duplex distinguatur scilicet scriptum seu expressum et non scriptum seu tacitum.

Jus civile scriptum seu expressum illud est quod expresse promulgatum est et habet certum auctorem.

Propter mutatam successive reipublicæ formam sex numerantur species juris civilis scripti. nempe, lex plebiscitum Senatus-consultum principium placita magistratuum edicta et responsa prudentium.

Jus civile non scriptum est jus usu moribus et consuetudine introductum

+ Duplex est jus naturale primarium quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. Secundarium quod usu et humanis necessitatibus Gentes humanæ sibi constituerunt

+ Jure naturali Gentium et

(4)

* il ne faut pas entendre ici par loi la collection des regles d'après lesquelles l'homme dirige sa conduite la loi chez les romains se formoit par le consentement du Senat et du peuple. un magistrat du Senat tel qu'un consul presentoit la loi au Senat si le Senat l'approuvoit.

(4)

la loi n'etoit pas encore
formée et elle devoit encore
etre presentée et approuvée
par le peuple: pour cet
effet on assembloit les
comices vingt sept jours
après l'assemblée du senat
on distribuoit deux cartes
à chaque citoyen.
l'une de ces cartes portoit
la lettre A qui vouloit
dire antiquo c'est j'opine
pour l'ancienne, l'autre
carte portoit les lettres
U et R qui signifioient
uti rogas. chaque citoyen
donnoit son vote de cette
maniere et le plus grand
nombre de voix l'emportoit.

Libertinus est ille qui ex
justa servitute manumissus est.

Ingenuus est ille qui statim
ac natus est liber est.

jus nostrum omne quo utimur
versatur vel circa personas quibus
jus redditur de quibus agitur in
libro primo, vel circa res de quibus
jus redditur de quibus agitur
in libro secundo tertio et quarto
ad titulum sextum. vel circa actiones
per quas jus redditur de quibus
agitur a titulo sexto libri quarti
usque ad finem

Titulus 3. 4. 5. 6. 7

De Jure Personarum

Status seu caput est conditio
cujusque; triplex est status libertatis
secundum quem alii sunt liberi alii
servi. Status civitatis secundum
quem alii sunt cives alii peregrini
Status familiæ secundum alii sunt
patres familias alii filiæ familias

Prima personarum divisio est
in liberos et servos in titulus jam
designatus tractatur de servis quid
sunt servi, quid libertini, et quibus
modis

quod sunt modi manumittendi et
quibus causis manumittere non licet
quod servi possunt in testamento
manumitti. hæc omnia contractu
præter absolutam de crudelitatem in
quam obtinuit de statu hujus

Titulus Octavus

De his qui sui vel alieni juris sunt.

Secunda personarum divisio est in eos qui sunt, sui juris et in eos qui sunt alieni juris.

Sui juris sunt qui non domino nec patria potestati subjacentur et vocantur patres familias

Alieni juris sunt qui vel dominica potestate subjacentur ut servi vel potestati patria ut filii familias

Titulus Nonus

De

Patria Potestate

ad Principium

Patria potestas est jus parentibus virilis sexus in liberos suos legitimos jure civili competens

1° Parentibus quia hac potestas non solum ave paterno competit sed etiam patri.

2° Virilis sexus quia mater ut est ipsa in potestate mariti liberos non habet in sua potestate.

3° in liberos quia non solum filios sed etiam nepotes in potestate habent quia nepotes post mortem avi redeunt in potestatem patris si non fuerint emancipati.

4° legitimos, quia liberi naturales non sunt in potestate cum patrem habere non intelleguntur ex principio pater huiusmodi quem justa nuptia denunciant

5° jus civile quia licet patria potestas quo ad originem sit juris gentium et sub eo respectu parentibus utrius que sit communis tamen quoad formam et præcipuos effectus est juris civilis romanorum

Primus effectus patriæ potestatis erat olim jus vitæ et mortis quod omnino sublatum fuit

Secundus effectus erat acquirendi per filios quidquid filii acquirebant quod immunitum postea fuit introductione peculiorum

Ad Paragraphum primum

Patria potestas tribus modis constituitur scilicet justis nuptiis, legitimatione et adoptione

Nuptiæ sive matrimonium sunt viri et mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens. respecto contrahentium voto non eventus. apud romanos cum matrimonium dissolutum fuisse constat

ad paragr ultimum

non tantum filius sed etiam negotia ex filio in potestate sunt quomodo enim filius aliquem in sua potestate haberet qui ipse non erat sui juris

Titulus decimus

De Nuptiis.

Ad Principium et Parag 1-2-3-4-5.

Justæ nuptiæ sunt conjunctio inter cives romanos contracta secundum præcepta legum. ergo ad contrahendas justas nuptias quinque requirebantur conditiones. inter eos contrahentium + pubertas civitas. consensus parentum et nullum esset impedimentum.

1° consensus contrahentium et quidem liber. ergo nulla sunt nuptiæ si vis intervenerit, modo cadat in contrahentium virum, pariter nulla sunt si intervenerit error. modo sit essentialis, id est modo versetur vel circa personam ipsam vel circa qualitatem personæ essentialem personæ; non id est si error esset tantum accidentalis

2° Pubertas id est masculi annum quartum decimum femina duodecimum completum habere debent.

3° Civitas id est contrahentes debent esse cives romani conjunctio inter peregrinos vocabatur matrimonium, inter servos contubernium

4° consensus parentum in quorum potestate contrahentes sunt vel desse possunt.

Ergo ad nuptias filii requuntur consensus patris, et ad nuptias nepotis ex filio requuntur consensus avi in cujus potestate est. et consensus patris in cujus potestate non est sed esse potest. per mortem avi. Illud naturalis ratio suadet ratio quæ civilis imperat.

Il faut bien remarquer la difference qu'il y a entre justæ nuptiæ et nuptiæ. et sive matrimonium. Peregrini non poterant contrahere justas nuptias. Soli tantum cives romani ut patet ex definitionibus.

+ in masculis annus 14, in feminis 12.

per Errorem essentialem circa qualitatem essentialem personæ intelligitur personas quæ ignorantes convolassent in nuptias quamvis in gradu prohibito. VG. si aliquis ignorans duxisset sororem ex errore essentiali.

Ratio naturalis est obsequium parentibus suis debitum sive patriam potestatem habeant sive non. ratio civilis est ne avo invito suus heres exnascatur. (suus heres est ille qui est in potestate et primo gradu) avo autem invito suus heres exnascetur si avus decederet post nuptias nepotis qui contrahebat sine consensu sui patris et idem ipse nepos decederet relictis liberis unde sequitur ad nuptias nepotis solus avi consensum sufficere quia filii ex eo procreati familiam patris sui sequentur. 5° ad nullum fit impedimentum tria sunt nuptiarum impedimenta scilicet cognatio affinitas et publica honestas

De Cognatione

Cognatio est vinculum vel solius familiæ, vel solius sanguinis vel utriusque simul. eo quod triplex est naturalis tantum civilis tantum et mixta.

Cognatio naturalis tantum est solius sanguinis vinculum proveniens ex legitima conjunctione ut patris et filii naturalis.

Cognatio civilis tantum est solius familiæ vinculum proveniens ex adoptione ut inter patrem et filiam adoptivam.

Cognatio mixta est sanguinis simul et familiæ vinculum proveniens ex justis nuptiis. ut inter patrem et filiam suam legitimam.

Cognatio dr̃linguitur seu
constat lineis et gradibus. linea
est series cognatorum a communi
stipite descendentium. Stipes est ea
persona a qua cæteri originem
ducunt. linea dupler est linea
recta et collateralis.

Recta completitur ascendentes
id est qui nos genuerunt. et qui
dicu vocantur parentes et descendentes.
id est q eos qui a nobis geniti sunt
et qui vocantur liberi.

Collateralis completitur eos
qui neque nos genuerunt neque
a nobis geniti sunt. sed qui
communem nobiscum habent stipitem
qui vocantur cognati et conjungantur
per personas seminini sexus et agnati
et per personas virilis sexus.

linea collateralis dupler est
æqualis et inæqualis. æqualis completitur
eos qui pari gradu distant a
communi stipite. ut patres consobrini &c.
inæqualis completitur eos qui
impari gradu distant a communi
stipite. ut patruus filius fratris.

Gradus est distantia cognationum
enter se numerantur aliter
jure civili aliter jure chanonico
jure civili. hæc est regula.
qualebet persona generata suum
gradum facit. sic in linea recta
tot sunt gradus quot sunt
personæ generatæ. et computantur
ascendendo ab eo de quo agitur
ad eorum communem sic

filius est in primo gradu, nepos
in secundo.
in linea collaterali sive aequali
sive inaequali ab alterutro eorum
de quibus agitur ascenditur ad
avum communem et ab avo
communi descenditur ad alterum
seu ultimum quo latus numeratur
tot sunt gradus quot sunt
personae generatae non numerato
avo communi sic duo fratres sunt
in secundo gradu duo consobrini
in quarto.

Jure canonico tot sunt gradus
quot sunt generationes stata ut
in linea recta gradus computantur
eodem modo ac jure civili
in linea collaterali aequali
eorum tantum latus numeratur
et quidem alterutrum quorum latius
ultimumque sit aequali.
in linea collaterali inaequali
unum tantum latus numeratur.
et quidem longius quia cognatus
remotior trahit ad se praeximiorem

Jam vero quia cognatio est
impedimentum nuptiis quaeritur
usque ad quem gradum?
in linea recta nuptiae prohibentur
in infinitum nec refert an
cognatio sit mere naturalis
tantum aut civilis tantum imo
si cognatio civilis fuerat soluta
per emancipationem manebat
impedimentum in linea recta

quia romani quod erat honestum
in nuptiis existimabant
in linea collaterali aequali secundus
gradus est semper prohibitus quartus
autem permissus

Ergo inter fratrem et sororem
nuptiae non consistunt sive sint germani
id est ab eodem patre et eadem matre
nati sive uterini id est ab eadem matre et
diverso patre, sive consanguinei id est ab
eodem patre et diversa matre

Nec interest an conjuncti fuerint cognatione
mixta aut naturali tantum aut civili tantum
imo quo inter fratrem et sororem adoptivam
nuptiae non consistunt constante adoptione
sed consistere possunt si per emancipationem
dissolvatur adoptio.

Ergo conjungi possunt duo consobrini
(filii duorum sororum) aut patruelis (filii
duorum fratrum) aut amitini (filii fratris
et sororis)

In linea collaterali inaequali nuptiae
prohibentur tertio gradu permittuntur in
reliquis si tamen excipiamus eas personas
quae sibi invicem parentum liberorum ve
loco sunt, inter quas nuptiae prohibentur in
infinitum hi autem sibi invicem parentum
liberorum ve loco sunt quorum unus
immediate sub est communi stipiti alter vero est
remotior &c

Ergo non potest quis fratris aut sororis
filiam ducere quae sunt in tertio gradu
nec etiam et deinceps quia sibi
invicem parentum liberorum ve loco sunt.

Ergo non potest quis uxorem ducere amittam
suam (sororem patris sui aut materteram
(sororem matris sue)

Ad Paragr. 6 - 7 et 8.

De Affinitate.

Affinitas est necessitudo seu conjunctio
qua per nuptias contrahitur inter unum
conjugem et familiam alterius conjugis

Affinitatis nulli sunt proprii gradus
quia nulla generationis. Hae tamen
linea affines teneatur regula. quo gradu
qua linea. quis est cognatus manto. ad
eum gradu eadem linea est affinis
inter et vice versa.

Jam vero in linea recta affinitatis.
nuptiae prohibentur in infinitum

Ergo non potest quis privignam
filiam uxoris suae. vel.
uxorem filii sui. vel.
matrem uxoris suae. vel noverca[m] et
uxorem patris sui ducere

in linea collaterali nuptiae.
prohibentur in secundo gradu permittun-
tur
in reliquis

Duo conjuvigni sunt illi quorum
unius pater matrem alterius uxorem
duxit. eos non esse affines patet ex
supra dicta affinitatis definitione.
ergo matrimonio jungi possunt
licet communem habeant fontem
quem illorum primo ducere patent
ut potest sibi consanguinitatis vinculo
devinctum.

Ad Parag 9-10 et 11.

De Publica honestate.

Publica honestas est memoria proxima vel pristina conjunctionis.

Cujus ratione prohibentur nuptiæ inter patrem et sponsam filii inter filium et sponsam patris licet nulla affinitas intercedat. quippe qua per nuptias contrahitur non per sponsalia

Ad Parag 12.

Si contra legum præcepta nuptiæ contractæ fuerint. pœna hæc est. 1° non subsistunt, quod iis omnibus est commune qui fuerint contra prohibitionem legum.

2° qui in nuptias prohibitas consenserint. pro delicti qualitate puniuntur.

3° Patri ex tali conjunctione sunt illegitimi et consequenter extra potestatem patris

4° nec maritus nec uxor sunt qui ita conjuncti sunt. nec proinde dos nec donatio propter nuptias qua plenum quæ fisco applicantur.

Ad Parag 13

De legitimatione

Filii familias tales nascuntur aut tales fiunt.

Nascuntur ex justis nuptiis; fiunt vel legitimatione vel adoptione.

Legitimatio est actus quo liberi naturales tantum fiunt legitimi

Dicitur naturalis tantum quia nec
incestuosi nec adulterini nec vulgo
quaesiti legitimari poterant, sed illi
tantum qui ex concubina suscepti erant.
id est ex ea qua uxoris loco sine nuptiis
in domo erat. in his enim solis esse
poterat facies legitimi matrimonii quae
facies unicuique erat apud romanos
legitimationis fundamentum.

Tres debebantur legitimandi modi.

1o Per subsequens matrimonium cum
subiecit pater concubinam ex qua filios
habuit duxit uxorem modo tamen tempore
conceptionis potuissent esse vir et uxor
huic modo dotalia id est nuptialia
instrumenta accidere voluit justinianus.

2o Per oblationem curiae cum subiecit
filius naturalis a patre curiae dabatur aut
filia naturalis de curiae re nubebat curia in
municipiis idem erat quod roma senatus
qui ad sorbebantur curiae ei sorrebant
periculo suarum fortunarum.

3o Per rescriptum principis cum subiecit
pater modo jam non haberet filios
legitimos concubinam ducere non poterat
quia V. C. mortua erat aut absens
tunc impetrabat a principe ut filius
naturalis fieret legitimus.

in hoc conveniunt hi tres legitimandi
modi quod patris ac liberorum requiratur
consensus in hoc differant quod
legitimati per subsequens matrimonium jura
omnia liberorum legitimorum nancisc[antur]

Similes quæ sciant illis qui ex justis nuptis
nati sunt. Succedant ergo patri agnatis
cognatis. dum illi qui modis aliis legitimati sunt
Soli patri sciant legitimi. non autem agnatis vel
cognatis.

Titulus 11.

De Adoptionibus

Ad principium

Adoptio est actus quo qui naturâ liberi non sunt
tales efficiuntur.

Ad Paragr 1um.

quia Adoptari possunt tam patres familias quam filii familias
ideo duplex distinguitur ~~adrogatio~~ adoptio. scilicet adrogatio
et adoptio Specialis

adrogatio ea est quâ patres familias &c in potestatem
patriam redigunt per rescriptum principis

Adoptio Specialis ea est quâ filii familias
adoptantur imperio magistratus

In hoc differunt quod in adrogatione concenduit
expressus adrogati requiritur eo quod ipse sibi auctor
est; at in adoptione Speciali quia pater naturalis
erat auctor sufficiebat consensus taciturn filii
familias adoptati, sive ut non contradiceret

Ad paragr. 4um.

Ante Justinianum tam adrogationis quam adoptionis
is erat effectus, ut tam adrogatus quam adoptatus
transirent in familiam et potestatem adrogantis vel
adoptantis

Circa adrogationem nihil immutatum fuit
adrogatus transibat in potestatem patris adrogantis
aliud fuit in adoptione Speciale quia enim
evenire potuit ut filius datus in adoptione a
patre suo legitimo careret et successione patris
sui naturalis Scilicet propter adoptionem et
successionem patris adoptivi Scilicet si adoptio
emancipatione solveretur ideo distinguendum esse
voluit Justinianus utrum adoptans esset persona
conjuncta an esset persona extranea

Per personam conjunctam hic intelligimus eam
quae est in numero ascendentium veluti avum
aut proavum maternum aut etiam paternum si
ex ipse filius fuerit emancipatus ante nepotem
conceptum

Per personam extraneam hic intelligimus eam
quae non est in numero ascendentium

Jam vero si adoptans esset persona conjuncta
instituit Justinianus ut tunc dissolverentur
jura patris ~~naturalis~~ legitimi ut qui filius datus in
adoptionem transiret in plenam adoptantis
potestatem, quia tunc in eam personam
concurrunt tum jura naturalia quam jura
adoptionis et hac adoptio vocatur perfecta

Si vero adoptans esset persona extranea
constituit Justinianus ut adoptatus remaneret
in familia et potestate patris sui ~~legitimi~~ naturalis et
hac adoptio vocatur imperfecta cujus is
est solus effectus ut si pater adoptivus
decedat ab intestato ei filius adoptivus
succedat

Ad Paragum 2um

in adrogatione ille qui adrogatur debet expresse consentire; ergo pupillus non poterat olim adrogari, quia neq; ipse consentire poterat neq; tanta erat tutoris auctoritas ut caput sui juris alterius potestati subjiceret

Sed postea ex constitutione Divini antonini pii adrogatio pupilli permissa fuit si fieret 1° tutoris auctoritate 2° concensu propinquorum 3° praemissa causæ cognitione causæ cognitio erat inquisitio coram magistratu facta circa commodum adrogationis an set honesta an expediat pupillo an adrogans sit bonis moribus dives cognationi vel affini° duobus 4° si concurrerint tres conditiones

1° cavebat adrogator personæ publicæ datis fidejussoribus si restituturum bona pupilli adrogati decedentis ante pubertatem illis ad quos illa bona pervenissent si adrogatio locum non habuisset

Diximus pupilli decedentis ante pubertatem

Nam si pupillus adrogatus decederet post pubertatem bona ejus patri adrogatori acquirebantur quia in hoc casu ex eo quod ille qui adrogatus fuit dum erat impubes postea cum factus esset pubes adrogationem non improbavit quod facere poterat comprobasse intelligitur et consequenter ex ipsius facto et voluntate bona illius adrogatori cedunt

2° impubes adrogatus emancipari non poterat nisi justa causa emancipationis causa, et hoc casu tenebatur pater adrogator omnia bona quæ transtulerat restituere

3°. Si pater adrogator sine justa causa impuberem emanciparet vel si moriens eum cum justa causa exheredaret tenebatur ipse prater bona quæ allaturat etiam quartam partem proprietatem bonorum relinquere quæ quarta pars vocatur quarta Divi Pii seu Antoniana

Hodie autem debetur quarta pars proprietatis adrogatis bonorum quamvis ex eo melior videatur conditio filii adrogati quam filii legitimi quia vix erat ut liberos alios habentibus vel habere valentibus adoptio permitteretur

Hodie autem impuberi etiam ex justa causa exheredato quartam debet adrogator quia cum poterat adrogator eo ad eadem justa causa emancipare non emancipato censetur injuriam remisisse

Ad §. 8 - 9. 10 et 11.

Effectus adoptionis est ut velut filii nostri sint qui [illegible] sunt natura tales non sunt ergo adoptio naturam imitatur ex hoc plura sequuntur.

1° Non potest natu major adoptare a nato minore ergo pater adoptivus filium adoptivum præcedere debet

Decem et octo annis avus nepotem
praecidere debet triginta ex annis

2° quemadmodum pater naturales filios
suos legitimos alteri in adoptionem dare
poterat ita pater adoptivus eos dare poterat
quos ipse sibi per adoptionem quaesiverat
perfectam quaesiverat quia jus in adoptionem
dandi oritur ex patria potestate qua per
adoptionem perfectam tantum constituitur

3° qui parentis esse non possunt quia prole
suscipiendae sunt impares non poterant
adoptare nihil eorum infirmitas potest
sanare.

4° Semina non poterant adoptare quia
non habent jus patriae potestatis, portio
tamen in solatium liberorum amissorum
hoc eis permissum fuerat.

5° denum quemadmodum in liberis naturalibus
filius filiusque bona sed etiam nepos est in
potestate avi. ita et in adoptione non
solum is qui adoptatur sed etiam ejus bona
et liberi transeunt in potestatem patris
adoptivi. quod proprium est illius adoptionis
qua per sacrum oraculum fit et adrogatio
in specie dicitur.

Ad Parag. 5. 6 et 7.

Sectione instituitur adoptio. ergo non requirebatur
is ut uxorem haberet is qui filium adoptare volebat.
ergo nihil interesse videbatur utrum quis filium alienum
in locum nepotis adoptaret an nepotem in locum filii

Sed interest in adoptione nepotis utrum adoptetur
ut tanquam ex filio antea adoptato. an vero ex filio legitimo.
an vero tanquam ex filio mortuo aut facto. nam in

primo et secundo casu concurrentibus filiis legitimis aut adoptivis requiruntur ne ipsis invitis suus heres agnascatur. in ultimo casu quia cessat haec ratio non requiruntur concurrentibus filiis

Ad Parag ultimum

effectus adoptionis est ut acquiratur patria potestas. patria autem potestas solis civibus romanis erat propria ita ut servi nec adoptare nec adoptari poterant. servus autem. scilicet liber si a domino suo fuisset adoptatus licet emancipatus

Titulus 12mus

quibus modis jus patriae potestatis solvitur

Ad princip et a parag 1o usque ad 7mum

patria potestas ut plurimis modis constituitur scilicet justis nuptiis legitimatione et adoptione ita plurimis modis solvitur aut transfertur.

Solvitur patria potestas, morte naturali morte civili dignitate patriciatus domanitya tione suspendetur captivitate transfertur adoptione perfecta.

Solvitur 1o morte naturali ita quo mortuo parente liberi primi gradus sunt sibi sui juris non vero liberi graduum ulteriorum nisi defecerint alii in quorum potestatem recidant.

Ergo mortuo avo filius sui juris est, non vero nepos nisi pater ejus aut jam mortuus erit aut jam emancipatus.

2° Morte civili qua continebat per
Servitutem pœnam et per Deportationem

Servitus pœna erat addictio perpetua
ad pœnam aliquam veluti ad metalla
fodienda vel ad bestias. Servitus autem
pœna amittebat libertatis et civitatis
adjunctam habet.

Deportatio erat pœna capitalis qua
quis amissa civitate in insulam
mittebatur in perpetuum. Si tamen Deportatus
per indulgentiam principis, per omnia restitutus
postea fuerat, pristinum recuperabat statum.

Relegatio erat pœna non capitalis qua
quis salva civitate in insulam mittebatur
in perpetuum, quandoque in perpetuum
plerumque ad tempus, relegatione seu
patris seu filii non solvebatur patria
potestas.

3° Dignitate Patriciatus cum Subjecti filius
familias fiebat Patricius; id est quasi pater quasi
consiliarius principis. cui dignitate hoc concessum
fuerat. at patris filii familias nihil acquirebant
juris sui legitimi et ipsorum filii post mortem
avi in eorum potestatem recidebant.

4° Emancipatione emancipatio est actus quo
liberi dimittuntur a manu vel potestate parentum
actus ille quia mancipationibus id erat vendebantur
absolvebatur emancipationis nomen retinuit

a tripler fuit emancipatio, a triplici forma qua facta erat successive scilicet. alia erat vetus sive legitima alia anastasiana alia justinianea

Vetus sive legitima erat illa qua fiebat per tres imaginarias venditiones eodem que ab emptore manumissionem in masculis primi gradus, et per unicam venditionem, et unicam manumissionem in filiabus et nepotibus; ideo tres requirebantur in filiis, quia filius arctiore vinculo junctus patri videretur quam alii

Ceterum in emancipatione liberorum adhibebatur contracta fiducia, id est conventio inter patrem emancipantem, et extraneum emptorem, ut ille filium ter venditum remanciparet, ad hoc ut pater jura patronatus haberet in filium emancipatum, hic que filius libertii exitum pati dicebatur

Anastasiana, ab imperatore anastasio ita dicta, fiebat per rescriptum principis insinuatum apud judicem

Justinianea, fiebat per solam professionem patris declarantis apud competentem judicem se velle filium e potestate sua dimittere: parens autem emancipans fiebat veluti patronus filii emancipati; proinde jus habebat succedendi et tutelam legitimam sustinere tenebatur

Captivitate suspenditur patria potestas.

quia enim fieri poterat ut capti ab hostibus reverterentur ad suos, fieri etiam, ut apud hostes decederent; ideo in utrumque casum prospectum est, in illum fictione juris post liminii, in hunc fictione legis corneliæ

Sub Post liminii Cta dictum ex eo quod captivus in patriam revertus, ad idem limen videretur reverti quod amiserat) erat fictio juris qua captivus, quem ab hostibus reverterentur Censebatur nonquam fuisse in captivitate, inde si pater aut filius capti redirent in civitatem, hic patriæ potestati restituebatur, ille patriam potestatem recuperabat.

fictio legis corneliæ ea erat qua captivus si decederet apud hostes, censebatur decessisse momento quod captivitatem præcesserat unde si pater aut filius apud hostes decessisset soluta remanebat patria potestas ex momento captivitatis præambulo

Adoptione perfecta transfertur patria potestas, ut enim diximus si pater filium suum in adoptionem dederit extraneæ personæ, per hanc adoptionem imperfectam nihil immutatur in patria potestate. si vero dederit consanguineæ personæ, patria potestas qua solvitur omnino in patre legitimo, incipit in patre adoptivo; et ideo per adoptionem perfectam transfertur patria potestas potius quam solvitur

Ad Parag. 3um.

in pluribus casibus ille qui est adhuc in utero creditur esse in rerum natura, inde sequitur nepotem natum post emancipationem filii et nurus pregnante tempore ~~pregnante~~ emancipatis futurum esse in potestate avi. nasceretur in potestate ~~filii~~ emancipati, si post emancipationem fuisset conceptus.

Ad Parag.m ultimum

Nemini invito rerum suarum dominium eripi potest. ergo cogi non possunt parentes potestate sua liberos dimittere nisi aliquando in ea nam parentes patria potestate reiventur

Titulus 13us

De Tutelis

ad Principium

Actum est jam de personis alieno juri subjectis, postulat ordo, ut de illis agamus quae sui juris sunt, id est quae nec dominica nec patria potestati subjiciuntur et quae vocantur uno nomine patres familias

Patres familias vel sunt minores quatuor decim annis, qui vocantur impuberes, et tuno sunt in tutela.

Vel sunt majores quatuor decim annis sed minores viginti quinque, aut etiam majores viginti quinque, sed aliqua ratione animi aut corporis rebus suis superesse non possunt et tuno sunt in cura.

Vel denique sunt majores viginti quinque annis, et rebus suis superesse possunt et tuno neque in tutela sunt, neque in cura.

Ergo tertia personarum Divisio, est quod patres familias vel sunt in tutela vel sunt in cura, vel neutro jure tenentur

Ad Partg. 1um et 2um

Tutela est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter etatem se defendere nequit. jure civili data ac permissa. qui autem hanc vim ac potestatem habent. vocantur tutores quasi tuitores.

Vis ac potestas qua verba ita differunt ut tutela sit vis in personam pupilli ad informandos ejus mores; et potestas in bona pupilli ad negotia ejus gerenda, vel forte melius, quia tutela est vis in pupillum septennio minorem cujus vice omnia tutor agit quia infans nihil intelligit. et potestas in pupillum septennio majorem qui cum intelligat ipse agere potest. sed tutore auctore.

2º in Capite libero qua verba referri videntur et ad pupillum cum in personam sui juris tutela cadat, et ad tutorem cum nemo nisi persona libera potuit esse tutor

3º ad tuendum eum nam tutor datur principaliter persona pupilli ne sit indefensus, in quo differt a curatore qui datur principaliter rebus

4º qui propter aetatem scilicet pupillarem id est minorem quatuor decim annis

5º Iure civili: quia tutela omnis vel ex lege Duodecim tabularum, vel ex lege Atilia vel ex lege Iulia et Titia descendit

6º Data ac Permissa: quia alia est tutela quae permittitur alia est quae datur

Triplex autem tutela distinguitur scilicet testamentaria quae permittitur lege duodecim tabularum; legitima quae datur ab eadem lege duodecim tabularum, et dativa quae permittitur roma ex lege Atilia et in provinciis ex lege Iulia et Titia

Notandum est quod tutela dicatur permissa quando designatio tutoris pendet ex arbitrio ejus cui lex permisit tutorem dare. Sic tutela testamentaria

Est permissa, quia pendet ex arbitrio
declarantis tutorem designare. Sic dativa
est permissa pariter, quia pendet ex arbitrio
magistratus designare quem velit.

Tutela dicitur data quando designatio
tutoris fit ab ipsa lege, sic tutela legitima
est tutela data, quia ab ipsa lege designatur
quis fit tutor.

Notandum est etiam quod tutela
testamentaria et tutela dativa non in eodem
sensu dicantur permissa. testamentaria est
permissa in eo sensu quod patrifamilias testator aut
nominare tutorem aut non nominare, et insuper
quod ipsi liceat quem velit eligere. at non vero
tutela dativa in eo sensu tantum dicitur
permissa quod patrifamilias magistratus quem velit
designare sed designare teneatur

ad Partig.

Tutela testamentaria est illa quae permittente
lege 12 tabularum defertur in testamento a parentibus
virilis sexus, liberis impuberibus in potestate
constitutis et in ulterius potestatem non recadentibus

1° Permittente lege 12 tabularum. verba
hujus legis sunt haec. pater familias

2° in testamento, cum enim ex verbis
ipsius legis, superaccania tutela vel tutela ab
romanis instar hereditatis haberetur. tutela sicut et

hereditas constitui poterat tantum in testamento, vel in codicillis testamento confirmatis.

3.° a Parentibus virilis sexus: tum, quia non solum pater familiae, sed etiam avus, nepotibus tutorem dare poterat: tum quia mater tutorem dari non poterat, quia non habebat jus patriae potestatis

4.° Liberis impuberibus quia datio tutelae est effectus patriae potestatis.

5.° in alterius potestatem non recidunt. ergo non poterat avus tutorem dari nepoti impuberi, si in familia super esset filius in cujus potestatem recidurus esset filius nepos post mortem avi. tutela enim non cadit nisi in caput liberum

ad Parag.^m et ultimum

Plura quadrantur in istis paragraphis.

1.° an possit pater tutorem dare filiis posthumis?

Et certe: quamvis posthumi non sint revera in potestate patris, cum nondum sint in rerum natura, quia tamen pro jam natis habentur. quoties de ipsorum commodo agitur. placuit ipsis tutorem dari posse, si nascantur capita libera, id est si in alterius potestatem non sunt recasuri.

2°. An potuit mater tutorem dare filio exheredato?

Et certe potest: tum quia exheredatio non tollit patriam potestatem, tum quia tutor datur principaliter personæ pupilli qui bona aliunde habere potest.

3°. An potuit mater tutorem dare filio emancipato?

Et certe non potest, cum filii sunt post emancipationem extra potestatem patriæ.

Sed quid juris si pater in testamento filio emancipato tutorem dederit?

Tutor ita datus confirmandus est a magistratu sine inquisitione, et præterea non exigitur satisdatio. tutor autem hujusmodi habetur pro testamento cum aliis tutoris excludat.

4°. An potuit mater tutorem dare filio suo?

Et certe non potest cum mater non habeat jus patriæ potestatis.

Sed quid juris si mater tutorem dederit? tutor a matre datus confirmandus est a magistratu sed cum inquisitione sola satisdatio exigitur.

Notandum est quod non potuit mater tutorem dare filio suo. nisi cum prius heredem instituerit.

Tunc enim non dubitatur matr matrem
in electione tutoris amorem extendisse
cujus argumentum dedit in institutione.

Titulus 14.

Qui Testamento Tutores Dari possunt.

Ad Principium et ad Parag 1um

Munus proprie dictum quod necessario
obimus lege, more, imperio vel ejus qui habet
jubendi potestatem.

Tutela est munus. ergo tutelam
quisque suscipere teneretur nisi justam habeat
excusationem.

Tutela est munus publicum et quia
in muneribus publicis filii familiarum, pro patribus
familiarum habentur. inde sequitur dari posse tutorem
in testamento, tum patres familiarum quam filios
familiarum

Tutela est munus civile. ergo neque
peregrini neque servi tutores esse poterant licet
in tutela testamentaria specialiter permissum
fuerit ut servus tutor dari posset.

Ad Parag 2um.

ut jam diximus tutela erat instar hereditatis.
unde recte tutores dari poterant omnes illi

quibus cum erat testamenti factio, id est
qui poterant heredes instituis ergo finibus
et minor vigente quinque annis dari quidem
poterant: sed ita ut tutores essent, alter cum
mentis compos esset, alter vero major interim autem
tutori legitimo locus non erat, quia sicut in hereditatibus
ita in tutelis cessabat legitima quando testamentaria
tutela locus esse poterat. sed interim tutor a magistratu
erat dandus.

Ad Parag. 3^um

Licet autem tutela sic habeat instar
hereditatis permisit tamen utriusque natura
quandam esse inter utramque differentiam,

Sic hereditatis natura repugnat
ut valeat heredis institutio, facta ex certo tempore,
vel ad certum tempus. certissimum enim est juris
principium, nemo potest partim, testatus partim
intestatus decedere

Sic patitur natura tutelae testamentariae,
ut possit pater non vero magistratus, tutorem dare
ex certo tempore, vel ad certum tempus. quia licet
tutor ita datus sit, satis removetur tutor legitimus
per tutorem dativum. qui interim supponit vicem tutoris
testamentarii ita ut quantum ad tutelam non decidat
pater partim testatus partim intestatus

Ad Parag. 4^um

in hoc conveniunt insuper tutela et hereditas,
quod sicut heres ex re certa non potest instituis
ita nec tutor rei certae aut causae dari poterat

Sed in hoc differunt. quod institutio nisi natura permittit ut de tradita mentione rei dem habeatur. ea Si institutio facta esset Simpliciter aut non natitur natura tutela aut idem est in tutela. quia tutor nec omnia principaliter datur non autem causa vel rei

Ad Paragr ultimum.

Filiorum aut filiarum nomine etiam postumi aut postuma intelliguntur hoc nomine non qui venunt nepotes qui venium nomine liberorum, nomine vero posterorum non tantum filii et Sed et ceteri filii continentur

Titulus 15.

De Legitimâ agnatorum tutelâ

Ad Principium et Paragr 2um.

Si quis intestatus intest decessisset, Successioni legitimæ locus erat, ex lege Duodecim tabularum, ita Si pater quantum ad tutelam. intestatus decessisset

Legitimæ tutelæ locus erat ex Eadem lege.

Tutela legitima est illa

qua Deficiente tutela Testamentaria

Defertur legitimis pupilli heredibus,

quia ubi est emolumentum

Successionis, ibi onus tutelæ

esse Debet.

Dicitur Deficiente tutelâ Testamentariâ

quia tunc tantum locus est tutelæ legitimæ cum

quoad tutelam pater intestatus decedit.

Decedit autem pater intestatus quoad tutelam.

1° Si nullum fecerit Testamentum.

2° Si fecerit quidem sed de tutelâ non caverit.

3° Si caverit quidem, sed vivo adhuc patre defecerit.

ille qui Testamento datus erat.

4° Si pater caverit et pater datus non decesserit

Sed datus fuerit inutiliter P. G: Si Testator incertum

hominem designaverit.

Cum propter emolumentum Successionis

deferatur tutela legitima, ergo quæ dupla est

scilicet agnationum, patronorum, parentum, et

fiduciaria

Tutela legitima agnationum est illa qua

Deficiente Testamentaria deferebatur proximis

agnatis, ex lege Duodecim tabularum. verba legis

sunt hæc. proximus agnatus familiam tuletam que

habeto

ad Parag. pum et ultimum

Sed quanam est præcipua cognatis inter

et agnates differentia?

Jam diximus supra, cognationem aliam esse meræ naturalem, aliam meræ civilem, aliam mixtam.

Cognatio iterum duplex distingui debet, agnatio scilicet, et cognatio specialis.

Agnatio dicitur illa cognatio quæ per personas virilis sexûs contingit inter illos qui sunt ejusdem familiæ si nulla inter eosdem capitis diminutio

Cognatio specialis est ea cognatio quæ per personas feminini sexûs contrahitur, vel etiam per personas virilis sexûs, si aliqua inter eosdem capitis diminutio.

unde agnati sunt qui per personas virilis sexus; cognati sunt qui per personas feminini sexûs.

Jam agnatos inter et cognatos differentiam statuit justinianus, et tam illos quam istos ad tutelam et successionem pupilli admitti voluit.

Agnatos inter et cognatos differentia introducta fuerat a jure civili; ut familiæ cuique jura sua servarentur ex quo sequitur jura agnationis quia sunt juris civilis perire qualis est capitis diminutione jus vero cognationis quia vinculum est naturæ et naturæ extinguit tantum maximâ et mediâ capitis deminutione non vero minimâ.

Titulus 16.

De Capitis Diminutione

ad Princ. et parag. 4 et 5.

Caput idem est quod status, et est qualitas seu conditio cujusque civis romani, ex his tribus constat libertate. civitate et familia.

Capitis. Diminutio est prioris status mutatio triplex est, maxima, media seu minor, et minima.

ad Parag 1 2 et 3.

Maxima erat qua libertas amittebatur, et consequenter civitas et familia. hanc patiebantur qui damnabantur ad servitudinem, pena qua se venundari passi fuerant ad pretium participandum Liberti adversus patronum ingrati, uno verbo ii omnes qui modo quocumque legitimo libertatem amiserant.

Media seu minor, erat qua, libertate salva civitas amittebatur, et consequenter familia hanc patiebatur ii quibus aqua et igne interdictum fuerat. ii qui in insulam fuerant deportati.

Minima denum erat qua salva libertate et civitate jura sola familia amittebantur hanc patiebantur ii qui se dande in adrogationem jura sua familia amittebant

Notandum est quod licuit in adoptione perfecta ita in emancipatione intervenisse capitis diminutio. quia olim in utra que. filius

Ad Decebatur in imaginalem causam.

Ad parag: ultimum

Vedit Justinianus ad ea quæ dixit in paragrapho ultimo tituli precedentis: jura cognationis non extinguit qualibet capitis diminutione, et nos docet ea ibi intellegendum de minima capitis diminutione in qua non extinguuntur jura cognationis. aliud est in maxima et media in quibus mors civilis contingit.

Titulus 17

De Legitima Patronorum Tutela

Legitima Patronorum Tutela erat illa quæ ex interpretatione legis 12 tabularum, deferebatur patrono et liberis ejus in libertum impuberem a se manumissum. ac si manumissum.

Dicitur ex interpretatione. Si quidem lex Duodecim tabularum ideo agnatos ad tutelam vocat, quia eos vocat ad successionem. ergo si eadem lex Duodecim tabularum patronos et eorum liberos expresse vocat ad successionem libertorum, eos tacite vocat et ex interpretatione vocat ad tutelam; quia ubi est successionis

Emolumentum; ibi plerumque onus
tutela esse debet.

Dicitur plerumque quia si
impubes a femina manumittatur ipsa ad
hereditatem vocatur, non vero ad tutelam, quia
tutela est munus virile.

Titulus 18.

De Legitima Parentum Tutela.

Legitima parentum tutela est illa
qua ad exemplum tutelæ legitimæ patronorum, patri
competit in filium impuberem a se emancipatum.

Dicitur ad exemplum &c. quia sicut filius
patiebatur exitum libertæ propter mancipationes
quæ fiebant in Emancipatione, ita parens emancipans
fiebat veluti patronus filii emancipati.

Titulus 19

De fiduciariâ tutelâ

inter tutelas legitimas merito recensetur
tutela fiduciaria, sive quia defertur liberis
parentis emancipatoris, ad exemplum

liberorum patroni, sive quia ipse jure competit et tutorem datorum excludit.

Tutela fiduciaria est illa quæ post mortem parentis emancipatoris tutoris legitimi defertur ejusdem liberis perfecta ætate in aliis liberos impuberes a patre emancipatos

Tres sunt Gradus tutelæ fiduciariæ.

Primus est; si quis habens filium duos filios alium majorem 25 annis, et alium impuberem emancipaverit istum impuberem, ipse erit ex titulo superiori tutor legitimus filii sui emancipati; sed si ipse moriatur, filius major viginti quinque annis erit tutor fiduciarius patris sui impuberis a patre emancipati.

Secundus est: si avus habens filium majorem 25 annis et ex eo nepotem impuberem; emancipaverit huno impuberem si ipse moriatur filius major viginti quinque annis erit tutor fiduciarius filii sui proprii ab avo emancipati.

Certum est: Si quis habens filium majorem viginti quinque annis, et ejus altero filio premortuo nepotem impuberem, emancipaverit huno impuberem. ipse erit tutor legitimus illius nepotis ex titulo superiori. Sed si ipse moriatur, patruus erit tutor fiduciarius filii fratris sui ab. avo emancipati.

quæ leguntur ab verbiculo in tractu a verbiculo ad quid patruus usque ad finem, titulo videntur extranea tractui.

L Titulus 20.

De Attiliano Tutore, et de Eo qui ex lege julia et titia Dabatur.

(Dig) L: 26. et C: Codi L C: et 36

ad Carag. et Cron

ad Principi et Paragra 3: 4 et 5m.

Tutela datiua est illa quæ deficientibus tutelis testamentariæ et legitimæ, deferebatur a magistratu cui hoc jus nominatim lege aliqua concessum fuerat.

Dicitur cui hoc jus nominatim quia

tutela datio neque imperii neque
juris dationis est. Sed varia variis
temporibus fuere jura circa tutelæ
dationem.

1° Ex lege Atilia tutores dabantur
roma a prætore et majori parte
tribunorum plebis, id est Sex, erant autem
tribuni decem. ex lege Julia et Titia
dabantur in provinciis a præsidibus
provinciarum. Sed in hoc peccabant
hæ leges, quod nihil caverant tum
de cautione a tutoribus exigenda rem
pupilli salvam fore tum de compellendis
tutoribus ad tutelæ administrationem.

2. per Senatusconsultum Claudianum
potestas tutores dandi a prætore in
consules translata fuit, qui consules ex
tutores dederunt promissa inquisitione
circa mores et facultates tutorii.

3° Postea a divo Marco
constitutum est ut hæc potestas ad prætorem
rediret, et primus prætorem tutelarem instituit.
voluit quoque ut cogerentur tutores ad
tutelæ administrationem ut que satisdationem
præstarent

4°. Tempore Justiniani

tutores dabantur in eb urbe a
prefecto urbis vel a prætore a quolibet
in tertitorio sua jurisdictionis, ita ut
pupillis intra urbem degentibus prospiceret
prefectus urbi. pupillis vero morantibus intra
centesimum lapidem prospiceret prætor in
provinciis vero præsides, inquisitione præmissa,
vel si magna non essent pupilli facultates
prospicerent magistratus cujusque municipii
sed jussu præsidum.

5° Tandem constituit justinianus
quia damnosum esse poterat pupillis justionem
præsidis expectare, ut si facultates pupilli non
excederent quingentos solidos possent magistratus
inferiores cum antistite civitatis dare tutores non
expectato jussu præsidum. tenebantur autem illi
tutores a magistratus inferiores a tutoribus exigere
satisdationem rem pupilli salvam fore, id est
ut nullum pupillus paterentur detrimentum. sive
darent jussu præsidum, sive non, et hanc
exigebant sui periculo

Ad Parag 1 et 4m

jam quæritur quando locus sit tutelæ dativæ

duos casus enumerat justinianus

1°. si tutor testamento datus sit q die
vel sub conditione. tutori dativo locus est

Luna enim Donec veniat Dies, vel quamdiu conditio pendet. Datis removetur tutor legitimus quia speratur tutor testamentarius. tutoris autem Dativi officium desinit aut impleta conditione

unde patet quod si conditio deficiat vel tutor testamento datus decesserit. ante eventum dici locus erit tutori legitimo, quia nec locus fuit unquam tutori testamentario nec jam amplius speratur.

2°. Si testator exheredato filio suo impubere extraneum heredem instituerit, et exheredato filio tutorem testamento dederit, da tutela dativa locus est. Donec enim deliberat extraneus de adeunda vel repudianda successione, nihil interea valet ex testamento tutoris autem Dativi officium desinet heredi hereditatem adeunte.

unde patet quod si extraneus hereditatem repudiaverit locus erit tutori legitimo. quia nunquam fuit locus tutori testamentario.

3°. Si tutor testamento datus

Captus fit ab hostibus antequam tutelam gerere coeperit, tutela Datiua locus est. quia enim in suspenso est, utrum tutor redierit ab hostibus, utrum apud eos decesserit. interea removetur tutor legitimus. tutoris autem Datiui officium desinit cum tutor redierit ab hostibus quia jure post biennii tutelam recipit.

unde patet quod si tutor apud hostes decesserit locus erit tutori legitimo quia nec locus unquam fuit tutori testamentario, nec jam amplius speratur.

Ad parag 6^m et ultimum

quatuor ergo sunt officia tutela Datiuia. primus est ut tutor tueatur personam pupilli, secundus est ut administret ejus bona, tertius est ut ea fide gerat, quartus est ut finita tutelâ gestionis rationem reddere teneatur de quo compellitur actione tutelæ directâ.

Titulus 21

De Auctoritate tutorum.

C 6. L 26 § 8. Cod L. 5 § 7 59. Cod civ § 10 c 21. § 8.

Ad Prin et parag 1 et 2^m

auctoritas ab augendo dicta est quasi tutor

(deb.)

suam interponendo auctoritatem
augeat, atque supplet pupilli quod
deest personæ pupilli ob tubicum
ætatis.

Tutoris auctoritas est actus quo
tutor præsens, id quod pupillus infantiæ
major et ex quo deterior ejus conditio
fieri potest. Statim et solemniter approbat

1° quo tutor præsens: quia simul
atque perfectum est, debet tutor suam
interponere auctoritatem; non valeret
interposita post tempus, aut per epistolam
aut per nuncium, aut per procuratorem.

2° quod pupillus infantiæ major gerit.
nam ut diximus in definitione tutelæ
omnia gerit tutor pro pupillo infante. dum
et contra pupillus infantiæ major ipse
agere potest ex contractibus quidem imperfecto
qui auctoritate tutoris perficitur.

3° Et quo deterior ejus conditio deterior
fieri potest. unde concluditur necessariam
esse pupillo tutoris auctoritatem, quotiès
deteriorem potest conditionem suam
facere, esse vero inutilem quotiès melioren
facit.

Ex quo deducitur potuisse pupillum sine auctoritate tutoris stipulari aliquid sibi dari, quia tum alios sibi obligat; sed non potuisse promittere aliquid quia tum se alios obligaret

Ex quo deducitur iterum non potuisse pupillum sine auctoritate tutoris contractum inire ultro citro que obligatorium quia tum alios se obligaret

Sed quid juris si pupillus hujusmodi contractum inierit absque tutoris auctoritate v.g. si rem aliquam emerit.

Et tunc qui contraxerit cum pupillo ipse pupillo tenetur ex suâ obligatione, quia sibi imputare debet, si quid damni patiatur. Sed vicissim pupillus alteri non tenetur quod quidem non in eo sensu intelligendum est quod si quis v.g. pupillo vendiderit, venditor teneatur rem venditam pupillo tradere: pupillus vero non teneatur solvere pretium; quia tum pupillus fieret locupletior cum jactura alterius quod jura nemo siciant. Sed in eo sensu quod contractus vires et effectus habiturus sit, vel non prout pupillus tutore auctore velit aut nolit.

Demum hic quæstio incidit: utrum possit pupillus hæreditatem lucrosam sibi ab extraneo relictam adire?

Et certe licet primo intuitu videatur melior fieri conditio ejus qui lucrosam adit hæreditatem, tamen respondetur negative. cujus ratio est quod hæres quilibet in vim ipsius additionis, quasi contrahit cum legatariis fidei commissariis et creditoribus hæreditariis, et jam diximus pupillum alios sibi obligare non posse.

Alia insuper est ratio: scilicet propter os alienum lucitans quod pupillo nocere posset; et demum quia additio hæreditatis erat actus legitimus quem pupillus peragere non poterat sine tutoris auctoritate. nec facit quod si pupillus lapsus sit restituatur. quia melius est intacta pupillorum jura servare quam post vulneratam causam remedium quærere.

Hæc autem est differentia contractus inter et hæreditatem. ideo in contractibus pupillus non obligatur sine tutoris auctoritate quia qui cum eo

pupillo contrahunt sibi imputare
debent. quod enim certe fecerint, ad
creditoribus hereditariis nihil potest
imputari quia non contraxerunt cum
pupillo ad quem hereditas pervenit. sed ipse
adeundo quasi contrahit

ad Parag ultimum.

Tutorem et pupillum diximus unam et
eamdem personam videri

Ergo tutor non potest esse auctor in rem
quam haberet cum pupillo; unde si lis sit
inter tutorem et pupillum curator in litem
dabitur cujus officium tute peracta debinet

Titulus 22^num

quibus modis tutela finitur

ad Princip. et a Parag 1^o usque ad §^m

Tutela finitur vel ipso jure vel officio
judicis.

ipso jure 1^o pubertate; nam
tutela datur ad tuendum eum qui propter
ætatem pupillarem se defendere nequit.
Masculi autem puberes sunt post completum
annum ætatis decimum quartum; mulieres
autem post completum annum duodecimum

2° Morte naturali tum pupilli tum tutoris, nec enim tutela ad heredes transit. et quamvis mortuo patrono aut parente tutore legitimo ad liberos utrosque deferatur tutela legitima, non tamen eis eos deferitur quia sunt hæredes sed quia lege ita constitutum fuerit.

3° Capitis diminutione pupilli sive maxima, quia tunc fit servus; sive media, quia tunc fit peregrinus, sive minima quia tunc fit filius familias, per abrogationem.

4° Capitis diminutione tutoris, sive maxima sive media propter attalatæ supra rationem. imo etiam minima quia tutela sit legitima, quia hæc tutela tribuitur propter jus agnationis. at non æque testamentaria aut dativa. quia non solum patres familias, sed et filios familias tutores esse possunt.

5° eventu diei aut conditionis quod solum in testamentario tutore locum habere potest, non in legitimo. qui sine

conditione aut die Dabatur,
non in Dativo, quia Datio tutoris delegata
magistratui erat actus legitimus qui
proinde nec diem recipiebat nec conditionem.

Ad Parag. ultimum

Officio judicis tutela finitur 1° Excusatione
2°. remotione.

Cum autem excusatio et remotio
sint et satisdatio, sunt communia tutoribus
et curatoribus, ideo justinianus praemittit
titulum de curatoribus actum deinde in
tribus ultimis libri primi institutionum titulis,
de satisdatione, de excusatione et de
remotione tutorum et curatorum.

Notandum est finita tutela triplicem
pupillo competere actionem. Scilicet actionem
tutelae adversus tutorem, ut administrationis
suae rationem reddere compellatur. actionem
ex stipulatu. adversus fidejussores. post
excussos tutoris facultates. Demum actionem
subsidiariam post excussos et tutoris et fide
jussorum facultates. adversus magistratus
inferiores qui nullam aut non idoneam
satisdationem exigerunt.

Titulus 23

De Curatoribus.

Org. l. 26. et 5: Cod. l. 5 tit. 70.

Ad Sin. et Parag. 1: 23 et 4.

Cura seu curatio est potestas a magistratu data majori 25 annis administrandi bona et rem familiarem eorum qui propter aetatem, vel propter corporis aut animi vitium rebus suis, aut non omnino, aut non recte superesse possunt.

1° potestas: non vis ac potestas ut tutela; quia curatio nihil agit vice minoris, sed tantum consensum ipse aliquid acturo impertitur.

2° Magistratu eodem scilicet modo quo tutor dabatur, ergo roma a praefecto urbi aut praetore in provinciis a praesidibus provinciarum vel a magistratibus municipalibus eo modo quo exposuimus supra.

3° Majori 25 annis: nam minime esset eos alienum tutelam aut curam suscipere, qui alieno auxilio in

Rebus suis administrandis indigent.

1° administrandi bona et rem familiarem; quibus verbis significatur precipua inter tutorem et curatorem differentia. quorum ille datur principaliter persone pupilli, hic vero rebus.

2° eorum qui propter etatem &c. ut intelligamus curatores dandos esse.

1° minoribus XXV annis qui licet puberes sint, tamen adhuc ejus etatis sunt ut sua negotia tueri recte non possint.

2° furiosis, etiam si majores sint, propter animi vitium.

3° Mente captis, qui in hoc differunt a furiosis quod isti animi rabie agantur illi vero consilium animi non habeant.

4° surdis et mutis: quod est intelligendum de illis qui omnino non audiunt nec loqui possunt. non de illis qui tarde exaudiunt ut surdaster, vel tarde loquuntur ut balbus.

5° Prodigis liberis, scilicet qui neque lempus neque finem impendarum habent. sed bona sua dilacerando et dissipando profundunt. modo ex edicto proteriti eis ut interdicta sit bonorum administratio. quia ii quod ad bona sua attinet furiosum faciunt exitum.

6° Denique his qui morbo.
laborant ita perpetuo. ut rebus suis
superesse non possint.

Ad Parag 1m

Alia tutorem inter et curatorem est.
differentia. quod tutor datus invitus at
invito pupillo; curator vero datur
quidem invitus, sed non invito adolescente.
Sed quomodo sit ut, cum curator non
detur nisi volente minore, nullus sit.
minor qui curatorem non habeat.

Ex constitutione Marci

Antonii edictum fuerat ut non prius
tutela finiretur ut non prius rerum suarum
administrationem minores recipierent
quam peterent curatorem, quem petebant
omnes ut a tutela liberatorem. Sic
que curator omnibus datus sed petentibus

Casus unus excipitur: si tutem
habeat minor tuno enim invito curator
detur; quia minor sine curatore legitimam
personam standi in judicio non habet. et
sententia contra eum ut pote indefensum
lato non tenet.

Ad Parag ^{m}. et ultimum

Licet regulariter tutores pupillis dantur curatores vero minoribus. notandum tamen quod aliquando etiam pupillis curator datur. non vero tutor. propter regulam tutorem habenti tutor dari non potest.

id evenit tribus casibus. primus est si tutor legitimus, id est agnatus patronus aut parens non sit idoneus, id est administrationi rerum pupilli sit impar.

2^{us} casus est si tutor testamentarius aut datus non sit idoneus ad administrationem, non enim ob defectum solertiæ removeri potest. aliud esset si fraudulenter administraret.

3^{us} casus est si tutor excusetur ad tempus vel propter temporalem absentiam reipublicæ causa. quod si tutor idoneus sit. sed adversa valetudine vel alia necessitate impediatur, aut casu si pupillus sit prodens aut infans poterit ipse tutor sibi curatorem sibi constituere procuratorem. si vero pupillus infans sit vel absens, nec proinde procurator constitui possit propter vel quæ provincia præest. quum velit actorem periculo ipsius curatoris constituit.

Titulus 24

de Satisdatione tutorum vel curatorum.

(Dig. l. 46. f. 6. C. l. 5. t. 59.

ad Princip. et Parag. 1: 2: 3 et 4.

Varia sunt tutoribus et curatoribus communia, Satisdatio, excusatio et remotio.

Satisdatio tutorum et curatorum est cautio fidejussoria per solemnem stipulationem quâ promittunt rem pupilli vel adolescentis salvam fore.

1° cautio fidejussoria. id est non simplex promissio sed datis idoneis fidejussoribus, qui fidejubendo in se tutelæ periculum suscipiebant in se, nec ipsis concedebatur beneficium succisionis divisionis.

2° per solemnem stipulationem debent enim ipsi pupilli, si ipsi presentes sunt, et fari possunt, stipulari rem suam salvam fore, quod si absentes sunt, et fari nequeant. stipulabitur vel servus eorum proprius, vel tabellio publicus, vel is quem judex designaverit. cui caveatur.

3° Rem pupilli salvam fore.

id est retinendum bonum. si quod habuerit pupilli aut minores. tunc enim hi non solum actionem tutelæ habent contra tutores. sed etiam actionem ex stipulatione contra fidejussores, et demum actionem subsidiariam (ita dictam quia datur in subsidium). contra magistratus. minores qui nullam aut non idoneam satisdationem exegerunt. hâc ergo actione non tenentur præfectus urbi, neque prætor, neque præses provinciæ quibus jus erat tutores dandi sed qui satisdationem non exigebant

quæritur nunc an tutores omnes tenentur satis dare.

ponamus principium ex quo facilis erit responsio. tutores illi tenentur satisdare in quos suspicio cadit. tutores illi non tenentur in quos suspicio non cadit. ergo tenentur satisdare. 1° tutores legitimi qui non alia ratione vocantur ad tutelam, nisi quia vocantur ad successionem excipiunt tamen parentes aut patroni ob debitam ipsis a liberis aut libertis reverentiam.

2°. tutores dati minoribus a magistratibus sine inquisitione id est sine investigatione meram et facultatum.

Ergo non tenentur satisdare 1° tutores testamentarii quia eorum fides

et diligentia satis approbata est
a testatore. Si tutores dati a
majoribus magistratibus. ex inquisitione
qua inquisitio tenet locum satis dationis.

aliquando tamen et ipsi etiam
tutores testamentarii tenebantur
satisdare si plures essent. a patre
designati

quoniam enim tutela per
plures sparsa parit confusionem et
commodius ab uno administratur quam
a pluribus, ergo si plures essent
tutores testamentarii poterat unus
offerre satisdationem ut solus administraret
et tunc alienum auferebat liberum erat
ei eandem offerre satisdationem. ut
praferretur ei qui primus obtinuerat
si nullus esset qui alios ad satisdationem
provocaret ille solus administrabat qui
a patre fuerat designatus. nullo
designato ille qui a majori parte tutorum
designatus esset. tandem tutoribus
dissentientibus ille quem prætor adminis
trationi præficiebat. cæteri ficbant
honorarii qui nihil omnino poterant
convenire a pupillo. post excussum eum
qui administraverat. quia ille imputare
debent tutori honorario cur si tutorem
honorarium male conversari videbant.
suspectum eum non fecerat.

Titulus 24

De excusationibus tutorum et curatorum.

Dig. l. 27 ff. 1. Cod. l. 5 t. 62. ec. l. 1. ff. 10. ch. 2 s. 6.

d. ad Prin. et para. 1. 2. 3. et 15

Tutela et cura sunt munera publica, necessario obeunda nisi justæ sint excusationes.

Excusatio tutorum et curatorum est vel exceptio ob quam quis tutelam suscipere non cogitur, vel causa ob quam quis tutelam suscipere prohibetur.

Ergo alia sunt excusationes voluntariæ, alia necessariæ.

Voluntariæ sunt quæ tutem prosunt si eas allegaverit, et hæ vel nituntur privilegio, vel conceduntur ob impotentiam.

quinque sunt quæ nituntur privilegio. numerus liberorum, rei fiscalis administratio, absentia rei publicæ causa, potestas et professio certarum artium.

quinque sunt quæ conceduntur ob impotentiam tria onera tutela vel curæ non affectata, paupertas, adversa valetudo, imperitia litterarum, et ætas major septuaginta annis.

Necessariæ sunt quæ etiam

§ 8.

invitos a tutelâ removent; et hæ quatuor sunt: inimicitiæ capitales cum pupillo de universis bonis, ætas minor 25 annis, et militia. omnes utriusque generis excusationes perstrictim recenset titulo Justinianus, nos ordinem sequamur.

1° Numerus liberorum, Romæ trium, vel in Italiâ quatuor vel in provinciis quinque. prosunt autem ad excusationem filii nati legitimi et mortui viri enim non prosunt, nisi in acie ceciderint, quia qui pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. prosunt nepotes ex filio mortuo, ita tamen ut omnes pro uno computentur. non prosunt nepotes ex filiâ adoptivi liberi. non adoptivo patri prosunt, sed naturali.

2° Rei fiscalis administratio. fiscus erat pecunia principis, et differebat ab hæreditario quod erat pecunia populi. deinde fiscus significavit utrumque, et qui alterutrum administrant a tutelâ et curâ quamdiu administrant excusari possunt.

3° absentiæ reipublicæ causâ quæ a tutelâ et curâ excusat scilicet a tutelâ jam susceptâ, toto tempore

absentia, ita ut tutor tutelam recipiat cum reversus fuerit. et a tutelâ ~~recipiendâ~~ suscipiendâ intra annum vacationis post. reditum ejus qui abfuerat (reipublicæ causâ.) Dicebantur absentes qui a voluntate publicâ publici grauâ aberant. (ut legati)

4° Potestas, id est magistratus cum imperio. Sed hæc non excusat a tutelâ susceptâ.

5° Professio certarum artium velut Grammatici Rhetoris et medici. Duo tamen ut concurrant oportet. 1° ut artes illæ profiteantur in patriâ suâ vel roma quæ est patria communis. 2° ut sint intra numerum. certus enim erat numerus eorum qui vacationem habebant. lege ff definitus + prout in civitatibus vel. minoribus, vel. majoribus, vel maximis exercerent.

ad Parag §. 6. 7 8 et 13.

Sequuntur excusationes quinque concessæ ob. impotentiam.

1° Onera tutelæ non vel. cura non affectata. tutela affectata est illa quam quis ambiit ut gravirem deviteret.

notandum est aliquando nec tres tutelas sufficere ad excusationem. Vg si tres sint pupilli fratres. quorum tutela pro una computatur. aliquando unicam

sufficere tutelam si adeo diffusa sit et negotiosa ut pro pluribus cedat.

2° Paupertas: si tutor is sit qui sibi necessaria vitæ parere cogatur.

3° adversa valetudo non quacumque sed ea propter quam quis nec rebus suis superesse valeat.

4° imperitia litterarum. quæ ad eos spectat qui nec legere nec scribere sciunt nisi tutela sit modici patrimonii et ejusdem facilis

5° ætas septuagenaria. cui nec debet dici.

ad Paragraphos 9 et 10.

Alia est excusatio quæ neque privilegio nititur neque conceditur ob impotentiam, et tamen est voluntaria. scilicet malevolentia testatoris cum pater non tam filiorum suorum gratia, quam odio tutoris, alicui tutelam detulerit ut cum muneribus tutelæ vexaret excusatur enim is si velit, nisi patri pupilli permiserit de administraturum quasi renunciaverit excusationi.

ad Parag 4: 11: 12: 13 et 14.

Sequuntur excusationes necessariæ, seu causæ ob quas quis etiam invitus a tutela removetur.

1° inimicitia capitis quas quis cum pupillo
patre exercuit quum scilicet vitam, libertatem
existimationem patris pupilli petiit nisi
reconciliatio interveniret.

2° sit cum pupillo, de universis
bonis, vel de majori parte bonorum.

3° Etas minor 25 annis sed tantum
pro tutore legitimo aut dativo.

4° Militia ne a Signior evocentur
militis.

ad Parag. 18 et 19.

in istis PP. duo proponuntur excusationes
curatoribus propria. scilicet tutela gestio,
qua est voluntaria et locum habet in eo
quid cum gessit tutelam alicujus, invitus
non tenetur ejusdem curam administrare.

Excipiuntur liberti quos non excusat
a cura liberorum patronus quod eorundem
tutelam administraverit. et matrimonium
qua est necessaria ad respicit maritum
qui uxoris sua minoris 25 annis curator
fieri prohibetur imo si gesserit nullam
infamiam incurrit

ad Parag 16.

Non prohibetur tutor pluribus aut
excusationibus quibus proponendis

terminus erat perfinitus, nimirum si tutor si tutor esset in civitate vel intra centesimum lapidem, ei cenc debatur quingenta dies, si contra fuisset in singula viginti millia passuum quibus itinera immetiebantur remani singuli dies cenc debantur et preterea 30 dies ita ut computatis diebus ad veniendum concessis et 30, nonquam pdutieret. erant. 30 dies qui cedebant non a die nominationis sed ab eo tempore quo cognoverunt se tutores esse.

ad parg 17

Tutor non esset audiendus si pro parte bonorum si excusationem proponeret. quia ad universum patrimonium datus creditur. audiretur tamen si allegaret se non debere in aliena provincia tutelam gerere.

ad pp ultimum

Regulariter sententia tenet. licet falsa allegationes proposita fuerint; secus obtinet si quis falsis allegationibus excusationem tutelae habuerit. non enim liberatur ab. onere tutelae

Titulus 26. et ultimus.

De Suspectis tutoribus et Curatoribus.

Dig. l. 25 et 10: cod. 4 § 1 et 43. CC. 4 tit 10 ch. 2 § 7

ad PP et Parag 1um

Suspecti tutoris judicium esto: ita lex duodecim tabularum et qua descendit crimen Suspecti. id est accusatio seu crimination tutoris Suspecti qua definitur accusatio quasi publica tutoris vel curatoris non est fide Gerendis aliquando ad poenam remotionem aliquando ad poenam extraordinariam.

De hoc autem crimine cognoscere possunt, non solum qui jus habent tutores dandi sed etiam qui delegatam a majoribus magistratibus jurisdictionem exercent.

Praterea de Suspectis cognoscere non possunt magistratus principales quamvis jus tutores dandi habuerint quia alia est ratio tutores dandi, alia tutores removendi cognitio et remotio jurisdictionis est, non vero tutoris datio.

ad Parag § et 12.

Suspectus tutor is est qui non est fide tutelam gerit. sive dolo malo id faciat sive cupa culpa

Sive solvendo sit sive non. sive moribus talis sit ut sit suspectus. suspectus enim habendus est tutor si moribus, non ex patrimonio. unde non est suspectus tutor etiam pauper si sit fidelis et vigilans. dum si sit infidelis etiam dives suspectus erit. etiam dum et removebitur etiam si cautionem offerat. quia satius est intacta jura servare quam vulneratâ causâ remedium quaerere.

ad Parag 7m.

quinam tutores accusare possunt? quinam tutores testamentarios aut Datives tanquam Datiani suspectos. Dubium non est. et eos quidem facilius quam legitimos qui vinculo necessitudinis pupillo sunt conjonati. attamen non minus quam alii accusari possunt. ita ut si Dolo aut culpa lata rei sint, curator eis adjungitur.

ad PP B et L

quinam possunt tutores accusare. accusatio hoc est quasi publica, id est patet omnibus et etiam mulieribus modo tamen pietatis necessitudine Duota ad hoc procedant impuberes

quidem non possunt tutores
suos postulare, puberes vero
possunt ex consilio propinquorum.

ad Parag 6 7 et 8.

ultima hoc est questio. quinam sit
effectus accusationis? cum ad hoc instituatur
accusatio tutoris suspecti ut pupilli res
salva sit. ergo removeri debet tutor.
suspectus. cum hoc discrimine, quod si
removeatur ob dolum id est consilium
fraudandi pupillum infamiâ afficiatur,
non tamen si ob culpam tantum
sive animo fraudandi patrenorum
tamen et parentum tutorum fama
parcendum est.

Cum ad hoc removeatur tutor
ut pupillo res salva sit. ergo 1° excubatione
institutâ accusatio intervenendum est
administrationi, ne diutius Grassandi
facultatem habeat tutor; Ergo 2e
mortuo tutore, aut alio modo finita
tutelâ lis instituta finietur. salvâ
manente actione tutelæ quâ pupillus
quod suâ interest possit consequi

ad PP g: 10 et ultimum

Aliquando Prater Remotionem extraordinaria
o tutori aut curatori poena infligitur quæ
in eo consistit ut. ad præfectum urbi

Remittantur extra ordinem
puniendi. hoc evenit trebus in
casibus 1° si tutor presens sit
et asserat mendacio facultates pupilli
enutritioni ipsius non sufficere. quod
si tutor fassitit et copiam sui non
faciat ut alimenta pupillo decernantur.
pupillus a Pretore in possessionem
bonorum tutoris mittatur et ut ei his
alatur, distractis iis curatore dato, qua
mora deteriora futura est.

2°. si tutor data pecunia ministerium
tutelæ acquisivit ut redemit.

3°. si libertus tutelam filiorum
vel nepotum patroni fraudulenter gessisse
probetur.

Finis 1mi Libri

Institutionum liber 2dus

Titulus 1mus

De Rerum Divisione et acquirendo ipsarum Dominio.

Duplicem hic Titulus habet inscriptionem ut patet. hujus tamen materia duobus destinatis titulis tractatur in Digestis.

De Rerum Divisione

Dig l. 1er t. 8. CC l. 2. t. 1er.

in primo libro egimus de Personis quæ primum juris objectum constituunt. jam de secundo scilicet est tractandum

Summa rerum Divisio est in eas quæ sunt in nostro patrimonio et eas quæ sunt extra patrimonium nostrum.

In patrimonio nostro sunt res humani Generis, seu in hominum commercio res communes publicæ universitatis nullius et singulorum.

Extra patrimonium nostrum sunt Res Divini juris seu exemptæ ab hominum commercio, ut res sacræ, religiosæ et sanctæ.

a Parag 1° usque ad 11mum

Res communes sunt illa quarum proprietas nullius est, usus vero omnium talia sunt aer. aqua profluens mare et propter mare littora maris. id est littera maris communia sunt. quod a mare est commune ita ut a villis monumentis et edificiis in littore maris constructis obtinendum sit. quia semper facta sunt jura occupationes, nec consequenter communia remanent toto tempore quo occupantur.

Est autem littus maris quatenus hibernus fluctus maximus accurrit. id est ea terra quam mare occupat quando maxime exestuat.

Res Publica sunt illa quarum proprietas ad populum pertinet, usus vero ad singulos e populo. talia sunt flumina perennia id est quae indesinenter fluunt non vero torrentia. portus id est locus conclavis quo importantur merces et unde exportantur. et riparum usus. ripa est ea terra quo plenissimum flumen continet naturalem sui cursus regendi tenent.

Notandum est quod usus

Riparum sit publicus, licet proprietas
non ad populum pertineat. sed ad eos
qui prope ripam prædia possedunt.
vicina que tamen nihil agere possunt.
quod navigationi seu usui publico
impedimento sit.

Aliud autem est quod legitur in
texte. riparum usum esse publicum jure
Gentium. aliud, litterum usum esse
publicum et juris Gentium.

Riparum usus est publicus
Gentium. id est eo jure quo constitutum est
quibus flumine uti liceret, jure Gentium
etiam ripis uti liceret ergo ripæ inter
res publicas adnumerantur.

Litterum usus est publicus et juris
gentium. id est ejus juris quod commune est
Omnibus gentibus. ergo littera inter res
communes adnumerantur.

Idco autem aquæ præfluens, inter
res communes adnumeratur. flumina vero perennia
inter res publicas, licet videantur unum et idem
ac quia aqua profluens ob fluxum perpetuum
et continuam successionem, non quod est occupari
tuti. cur ergo est quod communes dum flumina
perennia ratione alvei q ad populus qui

circum habitant una cum terris adherentibus videntur occupata; ergo sunt quid publicum.

Res universales sunt illa quorum proprietas ad universitatem pertinet ubus vero ad singulos ex universitate. Talia sunt theatra stadia universitas est collectio plurium hominum sub uno nomine comprehensa, excepta familia.

Res nullius sunt vel quae nondum pervenerunt in dominium alicujus privati ut fera bestia, vel res pro derelicta habita, vel res vivam nata a nemine adhuc occupata. constat enim eas acquiri primo occupanti ut infra videbimus

Sed cum res divini juris por Excellentiam dicantur esse nullius ut pote Deo dicata Deo res nullius proprie sunt res Sacra religiosa et sanata.

Res Sacra sunt quae rite per pontifices Deo consecrata sunt. Talia sunt aedes Sacra donaria de est vasa, vestes aliaque divinis usibus dicata. res autem Sacra nec alienari nec obligari possunt. excepta causa

Redemptionis Captivorum necessitatis
alendi pauperes, et liberandæ ecclesiæ
ab ære alieno

Et hinc sequitur locum non potuisse
fieri sacrum privatâ auctoritate, quin et
Decreto Pontificis sacra manibus loca Donec
vel ab hostibus essent capta vel evocatis sacris
~~evocatis~~ et liberata fuissent religione

Res religiosæ sunt loca Diis manibus
dicata per illationem cadaveris in locum sacrum.
Dicimus in locum sacrum. nam si locus sit
alienus vel communis pro indiviso, vel cujus
alter usum fructum habeat, locus per illationem
cadaveris religiosus non fit, nisi Domini vel
Socii, vel usufructuarii consentiunt accidat

Res sanctæ sunt quæ sanctione
pœnali ab injuriis hominum defensæ ac
munitæ sunt. talia muri et portæ civitatum
Si quidem pœna capitis constituta erat legibus
romanorum adversus eos qui aliquid in
muros delinquerant.

Sanctio est ea pars legis quâ
pœna constituitur adversus eos qui contra leges
aliquid faciunt.

Ait Justinianus muros et
portas civitatum esse modo quodam

Divini juris quia muri tales erant
ut porte dicati dius mediaterus non
tantum porte illud enim scibat.
Santius que aratrum ducebatur.
Locus autem portarum transibatur
portato scilicet aratro. (unde porte nomen
deducitur) ut in profano usu manerent.
ne aliaquin cadaverum expectatione
violaretur

† ad Parag 11.

† Supra dicta ad primam hujus partem
Res singulorum sunt illa titulis pertinent. videndum quid sit
quae sunt in dominium dominium et quibus modis dominium
cujusque. acquiritur. quadam tamen premittenda sunt.
De acquirendo rerum per quam necessaria.
Dominio
Dig ff. lib. I. tit. co ff. 2 t 2

Causa dominii duplex est remota
et proxima.

Causa remota. qua vocatur
titulus est illa per quam mediate
tantum scio dominus et producit jus ad rem.

Causa proxima qua vocatur modus
est illa per quam immediate scio dominus
et jus in re.

Dominium est jus de re sua
perfecte disponendi eamque vendicandi
nisi lex obsistat aut convictus aut
tutoris voluntas.

Dominium aliud est plenum, aliud
nudum; plenum est quando quis et
proprietatem habet et usum fructum. +

~~De Caeag. 11.~~

~~Res Singulorum sunt illa quae sunt~~
~~in Dominio unius~~ cujusque.

+ Nudum est quando quis solam
proprietatem habet, altero usum habente
dominio

Dominium aliud est directum aliud
utile.

Directum est illud quod habet dominus

utile est illud quod habet

Demum Dominium aliud est quiritarium
seu legitimum, aliud Bonitarium seu naturale

quiritarium seu legitimum erat illud
quod habebant soli cives romani in rebus
omnibus mobilibus ubicumque, et in
rebus immobilibus solitalicis

Res autem quae erant in jus nud
dominio vocabantur res mancipi quae
non poterant transferri, abuno in alium

nisi per ritum manupationis, id est per ob et fibram.

Bonitatium seu naturale erat illud quod erat commune omnibus hominibus in rebus immobilibus soli provinciales.

Res autem quae erant in eius modi dominio vocabantur res quae manupi nec transferri poterant in unum nec alium.

Modi acquirendi dominium alii sunt introducti jure naturali seu gentium, alii sunt introducti

Quatuor sunt modi acquirendi a jure naturali seu gentium occupatio, accessio, fructuum perceptio quae est acceptio perceptionis, et traditio.

De Occupatione.

A Parag 12. usque ad 18.

Occupatio est realis apprehensio rerum nullius cum animo sibi habendi et quia res nullius sunt, vel quia in dominium alicujus nondum pervenerunt vel quae hostium sunt, vel quae a dominis sunt habita pro relictis. Horum triplex occupationis

Species

Species distinguitur venatio,
hostilitas, seu occupatio bellica, et
inventio.

Venatio est occupatio ferarum
quæ mari cælo terra vagantur. ergo
triplex: piscatio occupium, et venatio
propriè dicta.

Bestiæ aliæ sunt feræ, aliæ
mansuefactæ, aliæ mansuetæ.

Bestiæ feræ quæ libera vagantur
nec nisi per vim occupantur. de his duæ
sunt regulæ. pa est quod quia nullius sint
cedant primo occupanti. quod locum
haberet sive in proprio fundo capiantur
sive in alieno sed potest dominus
fundi prohibere extraneum quominus
venandi causa fundum ingrediatur,
ita ut si ingrediatur invito domino
bestiam quidem facit per apprehensionem realem
sed tenetur ad actionem realem.

2da Regula est quod bestiæ feræ ab
aliquo captæ iterum fiant nullius sine in
naturalem libertatem si recuperent.
quam intelliguntur recepisse si oculos
domini effugerint. vel ita sint in
conspectu ejus ut difficilis sit eorum
persecutio, cum quo jure occupationis

admerantur, et occupatio sit realis apprehensio. Sequitur fera[s] non vulneranlis sicu sed capuntes.

Bestiæ Mansuefactæ sunt

Domi nostræ scitatæ de his hæc est regula quod amplius mansuefactæ censentur quamdiu ℔ consuetudine abire et redire solent. Sic apum, pavonum columbarum est natura fera. ergo antequam apes alveo ineluctæ fuerint antequam pavones aut columbæ mansuefactæ sint tanquam res nullius sunt. prioris occupantis et tandiu ejus remanent quamdiu perseverant in consuetudine abeundi et redeundi. quam si amiserint iterum sunt nullius et proinde primi occupantis.

Bestiæ Mansuetæ sunt animalia domestica non liberi vagantur. de his hæc est regula quod semper domini sui remanent.

Sic Gallinæ anseres ovesque et alia hujus modi animalia mansueta semper nostra remanent. nec interest amiserint nec ne animum seu consuetudinem redeundi evaserint nec ne custodiam nostram. semper nostra remanent. et qui ea retinuerit animo faciendi

furtum committere intelligentur

2. Occupatio bellica seu hostilitas est apprehensio rerum ad hostes pertinentium et eorum ipsorum hostium. jus autem illud hosti res eripiendi est ex ipso jure belli quo hostis in hostem jus est donec ad pacem proclivis sit.

3o. inventio est apprehensio realis rerum inanimatarum quæ nullius sunt. vel quæ nullius adhuc sunt, ut lapilli gemmæ et alia quæ in littore maris inveniuntur vel quæ nullius postea facta sunt. ut thesaurus et res pro derelictis habitæ de quibus infra.

De Accessione

Secundus modus acquirendi jure naturali est accessio

Accessio est modus acquirendi incrementum quod rei nostræ adjungitur.

Et quoniam incrementum potest rei nostræ adjungi triplici modo. scilicet. vel naturâ, vel industriâ vel utrâque simul. ideo triplex distinguitur accessionis species scilicet naturalis, industrialis, et mixta.

quinque numerantur Species accessionis naturalis. fluvius alluvio, vis fluminis insula in flumine nata. alvei mutatio.

Tres referuntur Species accessionis industrialis. Specificatio commistio et adjunctio. quarum duae priores in alias subdividuntur.; ita ut in coni commistione etiam confusio proprie dicta intelligatur et in adjunctione contineantur intextura, inaedificatio, scriptura et pictura.

Duae notantur Species accessionis mista inplantatio et Satio.

De Accessione naturali

a Parag 19 usque ad 24.

prima Species accessionis naturalis est fluvius. quae definitur. modus acquirendi quod quid ex re nostra nascitur aut provenit. et quamvis de solo fatu animalium agatur in hoc paragrapho. id tamen est intelligendum de eo omne quod res nostra ex se edit.

Secunda Species est alluvio quae definitur modus acquirendi incrementum latens. quo flumen ita paulatim

Agro nostro adjacet, ut intelligi non possit quantum quo temporis momento adjaciatur.

ut haec acquisitio jure naturali defendi possit, requiritur ut sensu percipi non possit quantum quo momento alterius praedio detrahatur et adjiciatur nostro.

Requiritur insuper ut ager nullum alium finem habeat quam flumen, ita ut agros limitatos alluvionem non habere posse evidens est.

Tertia species est vis fluminis qua definitur modus acquirendi partem praedii vicini semel et semel detractam et in nostrum arcolum postquam quo alluit cum fundo nostro.

Tuna autem incrementum illud nostrum est quum pars detracta coaluit fundo nostro, et coaluisse tuna agnoscitur sic. VG. arboris quas secum contraxit pars avulsa in fundo nostro radices egerint sed antequam coaluerit remanet primi domini, quia nondum videtur accessisse; et in hoc differt vis fluminis ab alluvione in qua incrementum nostrum fit prout accidit.

Quarto species est insula in flumine nata qua definitur.

Modus acquirendi insulam quæ fluminis est.

Insula est terra aquis circumdata, et hic loquimur de insulâ flumine natâ. nam si in mare nascatur quod perraro fit propter exæstuationem fluctuum tanquam res nullius fit primi occupantis. loquimur insuper de insulâ ~~exha~~ quæ vage exharet. si enim virgultis alia vel materiâ affirmata aquis supernatet, hæc jure fluminis habetur et publica est.

jam vero insula in flumine nata ad eos jure accessionis pertinet. quos ab utrâque parte fluminis prope ripam prædia possident. pro modo scilicet latitudinis seu frontis cujusque prædii. ita ut si alterâ parte proximior sit eorum est quia ab ea parte prope ripam prædia possidentis.

Hujus acquisitionis fundamentum est. quod insula fit pars alvei, alveus autem si consideretur pudatus flumine censetur pars vitiorum prædium ergo. per alveum jure accessionis insula in medio flumine nata ad agros vicinos pertinet.

Et supra dictis sequitur.

Decurionem Paragi: non pertinebit
ad agros quos flumen in fermam insulæ
redegit.

quinta Species est Alvei mutatio.
qua definitur modus acquirendi alveum
derelictum cum flumen ad aliam partem
fluere cœpit.

Ex his quæ diximus in paragrapho
præcedenti sequitur alveum derelictum
eadem ratione eodem que modo ad eos
pertinere qui utrinque possident. et
novus alveus sicut et flumen publicus
erit. iterum que fiet privatus recedente
flumine, et quidem priori domino restituetur
si eodem impetu recedat quo vehat. si
vero lente et minutatim recedat
accessit alluvione primorum prædiorum
possessoribus quia autem flumen in
campos vicinos se effundendo neq; alveum
mutat neq; rigat.
ejus cujus ante
mendationem fuerat; namque inundatio
speciem fundi non mutat. et aquâ
recedente. jure quodam post liminii
proprietas in pristinum statum restituitur.

De Accessione industriali
a ff 24 usque ad ff 31 et ap 31 ad 34.

Prima Species accessionis industrialis
est

est Specificatio qua desinitur nova Species confectio. et alienâ materiâ bonâ fide et suo nomine facta.

quæritur in Specificatione ad quem pertinet nova Species, seu novum opus an ad confectorem an ad Dominum materiæ?

Circa accessionem indastriatem seu Specificationem hæc tenenda est regula. accessorium cedit principali.

Set semper non æquè constat. quodnam sit principale quodnam accessorium

Sabiniani plus tribuentes materiæ quam formæ. formam dicebant esse accessoriam et ideo in Specie propositâ novam Speciem adjudicabant Domino materiæ.

Proculeiani plus tribuentes formæ quam materiæ, materiam dicebant esse accessoriam, et ideo novam Speciem adjudicabant confectori.

Justinianus medium novam sententiam amplexus est. et quæ distinguendum esse voluit an nova Species possit reduci ad priorem et recidens materiam

non

in primo casu; VG. si ex auro vas.
fit confectum novam speciem pertinere
voluit ad dominum materia. quia materia
semper inest.

in secundo casu VG si ex vasis vinum fit
conflatum novam speciem pertinere voluit ad
confectorem quia materia non jam inest

Et quia alia est certissima regula:
jure naturæ æquum est neminem cum alterius
detrimento et injuria fieri locupletiorem in
damnis prestari debet actione in factum
aut dominus, aut opifex prout forma
prevalet aut materia.

Notabimus tamen juris naturalis
decretibus placuisse rem esse determinandam
ex majori pretio aut forma. quod idem est
codice civili Art 67.

Secunda species est commistio,
que definitur. conjunctio rerum æquæ principalium;
quæ si solidæ sunt, commistionis nomen retinent,
si liquidæ sunt. confusio dicitur.

Commistio est unio corporum solidorum
ad duos vel plures dominos pertinentium

In commistione res commista sunt
communes; si voluntate dominorum facta
sit. quia singula corpora commista. VG.

Vnde utriusque Gregis in sua substancia durante sit tamen deficilis sit separatio. vg: si frumentum vnius commixtum sit alio modo quam voluntate utriusque diuisio fit habita ratione quantitatis et qualitatis ne alter cum iniuria alterius fiat locupletior.

Confusio est unio corporum liquidorum ad duos vel plures dominos pertinentium.

in confusione res confusa fiunt communes siue confusio facta sit communi consensu siue casu fortuito. quia unum non potest separari ab altero. vg si vinum tuum cum meo confusum sit: sed corpus conflatum non potest fieri commune. quin dominorum quilibet acquirat partis alterius: sunt enim omnes aque principales.

Tertia species est adjunctio. qua definitur unius rei ad alteram adjectio. quarum una principalis alia accessoria. sic differt a commixtione. qua fit rerum aque principalium

Hec adjectio fit in textura. modificatione scriptura et pictura.

Intextura est modus acquirendi rem alienam qua. adjungitur rei nostre. ius vendendi vel perficiendi

Causâ. velutiꝫ si purpura aliena
vestimento nostro intepta fit.

Primum principium est. accessorium
cedit principali; id est dominus rei principalis
fit dominus accessorii. illud autem omnes apud.
romanos habebatur accessorium, quod. emanda.
vel perficienda rei causâ. accedebat nullo.
habito respectu ad rei pretium.

Secundum principium est jure
naturæ aqui est. neminem cum alterius
detrimento fieri locupletiorem; unde ex
primo principio dominus vestimenti quod.
est principale fit dominus purpuræ quod.
est accessorium, at ex secundo principio
dominus purpuræ. subveniendum est, id
vario modo prout. malâ vel bonâ fide
intepta fuit purpura.

Si malâ fide, datur adversus furem
et actio furti et condictio furtiva.

Si bona fide datur priori domino, vel
actio ad exhibendum cujus effectus est ut
separetur purpura et exhibeatur, et tuno
possit vindicari, vel condictio sine causâ
ut pretium saltem consequatur.

Modificatio est si late sumatur
symetrica ligni conjunctio. ad perpetuum usum

Appellatione ligni significatur hic
Omnis materia ex quâ edificia fiunt.

Aedificatio de quâ hic agitur est
edificii constructio vel in suo solo et
ex alienâ materiâ vel ex suâ materiâ
et in alieno solo.

Principium est superficies solo cedit.
id est dominus soli fit semper dominus
edificii non ergo quaerimus cujus sit
edificium huius unum est cujus est solum.
hic quaeritur quomodo subveniatur domino
materiae.

questio ut clarius solvatur casus
sunt seperandi vel enim quis ex alienâ
materiâ in suo solo edificavit, vel ex suâ
materiâ in alieno solo.

in Primo casu. si quis ex
alienâ materiâ in suo solo bonâ fide
edificaverit intelligitur dominus edificii quia
omne quod solo edificatur solo cedit,
notandum tamen est quod is qui materiae
dominus fuerat non ideo desinat dominus
quod iste et tamen neque vendicare eam
potest, neque ad exhibendum agere, quia
obstat lex 12 Tabularum quâ prohibitum
fuerat ne aedificia rescinderentur
aspectum urbis pulchritudinem conservandi

Causã. Sed tuno Domino materiæ
ædificio alieno junctæ datur actio de
tigno junctо in duplum contra
jungentem. quã actione consequitur
duplum pretii tigni ita tamen ut
si ex aliquã causã diruendum sit
ædificium. potent materiæ dominus
si non fuerit duplum jam consecutus
materiam suam vendicare.

In secundo casu. Si quis
ex suã materiã in solo alieno ædificaverit
illius sit ædificium cujus et solum est.
utrum ædificator sit in possessionem vel non.
utrum bonæ aut malæ fidei sit, si possideat
et bonæ fidei sit, id est ignorans solum esse
alienum, ipsi competit exceptio doli mali
quã repellet dominum fundi donec ipsi
solverit pretium materiæ et mercedes
fabrorum. Si sit malæ fidei, id est solum
sciens esse alienum nulla ipsi neque actio
neque exceptio competit cum possit ei
objici culpa quod ædificaverit temere
in eo solo quod sciebat alienum esse
et consequenter donasse censeatur. Si
non possideat, nullam stricto jure neque
actionem neque exceptionem, sed tamen
ex benignitate juris ipsi datur actio
utilis negotiorum gestorum ne dominus
fiat locupletior cum detrimento ejus

Pariter et benignitate edificator
malæ fidei cui D. voluntatem donandi
revera habuerit pauperi rapere
impensas accessorias et tollere utiles
si tolli possint sine detrimento rei (
impensæ accessoriæ sunt illæ sine
quibus res perisset. impensæ utiles
sunt illæ sine ~~quibus~~ quæ rem
pretiosiorem faciunt.)

Scriptura tanquam accessorium
cedit chartæ vel membranæ, quæ est
principalis; ideo qui dominus chartæ
fieri debet dominus litterarum in eâ
exaratarum. unde stricti juris ratione
nemo alio modo sibi consulere potuit.
Scribens quam exceptione doli mali, si
bonâ fide scripserit et chartam possidet

Pictura propter excellentiam artis
tanquam principalis tabulæ cedit et tabulam
tanquam accessoriam ita ut pictor fiat
dominus tabulæ. ridiculum enim esset,
ut ait Justinianus, picturam appellis
vel Parrasii in accessionem vilissimæ
tabulæ cedere.

Verum ut Generalia servare certum

Principia, placuit, quod si pictor
esset mala fidei teneretur Domino tabulæ
actione furti, et conditione furtiva. Si
vero bonæ fidei tabulam possideret, ei
competeret actio directa contra Dominum
tabulæ, cujus actionis effectus erat, ut
pretium tabulæ auferendo, hanc consequeretur.
Si vero pictor eam possideret, Domino tabulæ
dabatur actio utilis ad eum effectum ut
pretium tabulæ consequeretur, vel etiam
picturam si pictor ejus pretium consequi
nollet, ita ut semper electio ad pictorem
ut potè dominum pertineat.

De Accessione Mistâ
ad §§. 31 et 32.

Prima species accessionis mistæ est implantatio.

Implantatione Domino fundi acquiruntur
plantæ alienæ quæ radices egerint. Sive
Dominus ipse plantarium alienarum immiserit
in fundum suum. Sive quis immisit plantam
suam immiserit in fundum alienum. Sed
in omnibus servari debet Dominus plantæ
vel actione in factum adversus Dominum
fundi qui immisit bonâ fide. vel
actione furti et conditione furtivæ
si mala fide quod si Dominus plantæ
ipse immiserit sibi consulet exceptione

dolo opponitur mala fides possessor.

Ef eo vero quod plantarum et arborum dominium ef radici existimandum sit, sequitur arbores in confinio positas ejus esse cujus in fundum radices egerunt. ideo que communes esse, si utrius que fundi vicini fundum radicibus primatur.

Secunda Species est Satio. Satione acquiruntur Semina domino fundi; sive dominus fundum suum frumento alieno, si ve quis fundum alienum frumento suo conseverit: quibus autem modis domino planta conbuletur eisdem et domino Seminis.

De fructuum Perceptione

a Parag 35 usque ad 40.

Tertius modus acquirendi jure naturali est fructuum perceptio. quem diximus esse accessionis exceptionem. ideo autem fructuum perceptio est acceptio accessionis quia ea jam vidimus ad nos jure accessionis pertinet, id omne quod res nostra ef se edit. et vero in fructuum perceptione acquiruntur fructus ef fundo alieno.

Fructuum perceptio est modus
acquirendi jure gentium quo fructus ex
re alienâ percepti acquiruntur per
separationem a solo possessori bonæ
fidei qui propter bonam fidem quo ad
fructus attinet loco domini pene est.

Fructus est quidquid ex re nostrâ
provenit vel occasione rei, fructus alii
sunt naturales alii industriales alii civiles.

Naturales sunt quos natura producit
ex re sine ullo aut fere hominum labore ut
fenum, lignum, poma &c.

Industriales sunt qui manuâ
hominum industriâ proveniunt ut segetes
vina legumina &c.

Civiles qui non ex re ipsâ sed
occasione rei proveniunt ut pensiones
ædium locatarum, usura pecuniarum
iterum fructus ratione juris statuti alii
sunt gradatim alii percepti

Pendentes sunt qui nondum
solo separati sunt.

vel arbores aut pensiones debitæ.

Percepti, sunt qui a solo
separati sunt aut civilis exactio et
hi sunt vel percepti extantes vel
percepti consumpti.

Percepti extantes sunt qui adhuc sunt in bonis possessoris ut fructus in horreis.

Percepti consumpti sunt qui desierunt esse in bonis, nec amplius apparent.

Bonæ fidei possessor est ille qui existimat rem quam possidet esse suam ex justo titulo. justus titulus est titulus habilis ad transferendum dominium ut ampla donatio.

mala fidei possessor est ille qui ab initio cognovit rem esse alienam, vel ex eo saltem tempore quo cognovit rem esse alienam, vel ex que lis constituta est.

jam vero bonæ fidei possessor si concurrant bona fides continua et justus titulus, quia propter bonam fidem habetur pro domino, fructus perceptos omnes facit suos, cum hoc discrimine tamen quod fructus extantes faciat suos interim fructus conceptos faciat suos irrevocabiliter.

Dicitur extantes interim sui irrevocabiliter quia si verus dominus supervenerit et fundum vendicet possessor tenetur ei restituere fructus.

Dicitur consumptos irrevocabiliter
quia consumptorum fructuum nullam
rationem reddere tenebitur

Nihil de fructibus pendentibus
dicitur quia cum hujus modi acquisitio
fiat per separationem fructuum a solo
fructus pendentes pars fundi videntur.

Malae fidei possessor si defecit
bona fides aut justus titulus non modo
non lucrabitur fructus etiam consumptos
quorum reddere rationem cogetur. sed etiam
vero domino postea vendenti tenebitur de
fructibus percipiendis id est quos propter suam
negligentiam percipere omiserit

Non tantum bonae fidei possessor fructus
ex re aliena percipit sed etiam usufructuarius et
colonus qui tamen in lucrandis fructibus differunt
a possessoribus bonae fidei.

Fructuarius seu ille qui jus habet
percipiendi fructus ex re aliena fructus omnes
acquirit sed non alter quam si ipse percepserit
eos. vel alius ejus nomine nam si fructus sponte
deciderent aut alius eos suo proprio nomine
occupaverit. non prius fructuarii fiunt quam
eorum possessionem nactus sit. si fieri maturos
fructus percepserit dominus fundi condictione
tenetur. non fiat fructuario haec ita condicta furti actionem habeat

Similiter & fructuarius, maturis fructibus, sed nondum perceptis decessit fructus ad haeredes suos non transmittit sed hi acquiruntur domino proprietatis

haec omnia secus si habent in bona fidei possessori qui propter bonam fidem habetur loco domini.

aliud est etiam in colono seu in conductore praedii rustici qui si decedat intra tempora conductionis jus suum transmittit ad haeredes suos quia qui contrahit et sibi contrahit et suis haeredibus.

quamvis fructuario cedant omnes fructus adeo qui ad fructuarium gregis pertinent fructus sunt lactibus, et lana. tamen partus malle fructuario non debentur. sed domino proprietatis, tum quia absurdum esset hominem in fructu. omnes fructus gratia hominis esturae comparavisse tum quia ancillae non habentur ut pariant sed ut serviant.

Denique cum fructuarius recte colere et quasi bonus pater familias uti debeat sequitur eum esse locum de mortuorum capitum alia et patre submittere debere et in locum

de mortuorum vicorum vel ab arborum
aliab submittere debêr.

quia acquisitio quandoque ad inventionem
pertinet, quandoque ad accessionem de hoc
agitur in fine tractatûs occupationis et
accessionis.

Thesaurus est velut quaedam depositio
pecuniæ cujus memoria non extat ut jam
dominum non habeat. thesaurus invenitur
vel in loco suo proprio, vel in loco alieno
vel in loco nullius.

Si in loco proprio totus cedit inventori,
jure occupationis quia rem nullius invenit

Si in loco alieno distinguendum est. vel
fortuito et non data opera invenitur, vel
datâ operâ. Si fortuito dimidium ad
inventorem pertinet jure inventionis, dimidium
ad dominum fundi jure accessionis, Si datâ
operâ, totus ad dominum fundi et inventor
dimidium amittit in poenam quod quaerit.

Si in loco nullius id est sacro et
religioso et non datâ operâ totus inventori
acquiritur jure inventionis Si datâ opera
inventor amittit totum qui fisco vendicabitur
ita pununtur qui thesauros inveniendi
causâ, alienâ loca subvertunt.

De Traditione.

a §§ 40 usque ad §§ 48.

Modus ultimus acquirendi jure naturali est traditio.

Traditio est modus acquirendi quod alienus quid juris et animum alienandi habet rem corporalem et justa causa in accipientem transfert.

In hac definitione sequuntur quatuor requisita ad hoc ut per traditionem transferatur dominium.

1° ut tradens sit dominus, quia nemo in alterum plus juris transferre potest quam ipse habet. Ita ut si a non domino res tradita sit accipienti bonâ fide, iste acquirat conditionem usucapiendi. Dubium autem non est dominium acquiri per traditionem factam a procuratore si mandato introductus fuit, vel liberam habet rerum administrationem sicuti esset ipse bonae fidei tantum curandae illi commissa.

2° ut dominus jus et animum alienandi habeat ergo pupilli aliqui qui jus alienandi non habent dominium traditione non transferunt. Sic demens &c. non habet animum alienandi.

3o ut res tradita sit corporalis sive mobilis sit. et tunc de manu in manum Datione traditur, sive mobilis et tunc traditur exhibitione rei presentis. rei incorporalis ut servitus non possunt proprie tradi sed quasi traduntur potentia potentia concedentis et usu accipientis

4o ut traditio fiat ex justa causa id est ex titulo idoneo ad transferendum Dominium ut ex venditione donatione &c. quia autem ille qui alienat sub ea conditione videtur alienare ut ipsi pretium solvatur; ergo licet venditor tradiderit non tamen emptori dominium prius acquiritur quam aut tradidit pretium solverit aut alio modo ei satisfecerit. D. G. pignore dato aut ex promissore si venditor fidem emptoris secutus fuerit.

Res transfertur aut vere aut ficte ergo traditio duplex est vera aut ficta.

Vera est quae fit in rebus mobilibus de manu in manum. in rebus immobilibus vulgo fit per inductionem in possessionem.

Ficta est cum res non vere traditur, et triplex est. Symbolica brevi manu longa manu.

Symbolica fit cum non ipsa res sed Symbolum seu signum rei pro re traditur

(92)

D. G. Si dares horrea tradantur pro frumento in horreis recondito.

Traditio brevi manu fit cum celeritatis causa fingitur rem tradi ei qui ex alia causa jam eandem rem possidet. D. G. Si commodatario aut depositario vendatur res commodata aut deposita fingitur rem fuisse restitutam commodanti aut deponenti ut postea ab eodem domino emptori tradita fuisse ex causa venditionis.

Traditio longa manu fit cum e longinquo fundus venditus demonstratur venditori cum animo rei tradendae.

Sine tantum in personam certam id est in incertam traditio fieri poterat et huc pertinet jactus missilium.

Missilia erant pecunia signata vel aliarum rerum denariis quae imperatoris et primi magistratus populo colligendae spargebant. Haec quia colligenti acquirantur et voluntati projicientis in hujus gratiam traditio valet ad idem caput refert. Justinianus res pro derelictis habetur.

Res pro derelictis habitae sunt illae quas dominus ad mentem abjecit ut nolit eas amplius esse in numero rerum suarum.

Sed hæ potiore jure ad occupationem
pertinent. qui enim habet rem pro
derelicta statim desinet ejus esse Dominus
nulle modo sollicitus de dominio in alium
transferendo. ergo quasi res nullius ad
occupantem debet pertinere.

Ex his sequitur res amissas naufragio.
vel cadentes de Rhegã currentes. non
habere pro derelictis. et proinde eas non
cedere primo occupanti. tanquam res nullius.

Idem est de maceribus quæ navis levandæ
causã in mare projiciuntur nec enim Dominus
eas projecit eo animo ut nollit eas esse amplius
in numero rerum suarum.

Circa dominium hoc ultimum notandum
est. quod non nudis pactis seu contractibus dominium
rerum transferatur sed traditionibus

Titulus 2dus

De rebus corporalibus et incorporalibus.

Alia est rerum divisio in corporales
et in incorporales

Corporales sunt quæ tangi possunt.
ut fundus, vestis, dividuntur in mobiles et in
immobiles.

Mobiles sunt quæ loco moventur
uti equus vestis &c.

Immobiles sunt quæ loco moveri
non possunt. uti fundus domus.

Incorporales sunt quæ tangi non
possunt. sed in jure consistunt, et
solo intellectu percipiuntur uti obligatio
hæreditas servitus.

Titulus 3us

De Servitutibus prædiorum

Dig lib 8 t 1 2 3 4 — C lib 3 t 34 cc 44 t 4.

ad ff et ff 2dum

Res illa dicitur libera quæ uni et soli
domino omnia sua officia præstat.

Res illa dicitur servire quæ quodam
ei officiis suis præstat alteri quam suo
domino

Servitus est jus in re aliena constitutum
quo dominus aliquid patitur vel non facere
in suo teneatur. in alterius persona vel
rei utilitatem.

1° jus scilicet jus ratione cui debetur
servitus. nam est diminutio juris ratione
jus qui servitutem debet.

2° in re aliena. quia res sua
nemini servit. et quisque utitur re sua
jure dominii.

3° quo Dominus patiri vel non facere
teneatur. scilicet ratione juris qui debet
servitutem is enim tenetur aut patiri aut
non facere nunquam vero facere.

4° in utilitatem personae vel rei
ex unde sequitur servitutem aliam esse
personalem aliam esse realem.

Personalis est cum res servit personae
tres hujus modi destinguntur, usufructus, usus,
et habitatio de quibus postea agitur.

Realis seu praedialis est cum praedium
servit praedio.

Praedium vocatur quodlibet res immobilis
vg fundus domus &c. Duplex est rusticum et
urbanum.

Rusticum Rusticum est illud quod
ad percipiendos vel colligendos fructus destinatum
est. sive rure sive in urbe

urbanum est illud quod habitationi

Debitum est sive rure sive in urbe

Ergo ad constituendam servitutem duo requiruntur praedia, alterum cui debetur servitus et hoc vocatur Dominans alterum quod debet servitutem et hoc vocatur Serviens.

Requiritur insuper praedicorum vicinatus non quidem ex contino sed ex commoditate utendi mittendi ita ut non intermedium non officiat vi non impediat servitutis usum.

Praecipuae servitutes rusticae sunt iter actus, via et aquae ductus.

Iter est jus eundi ambulandi non etiam agendi jumentum vel vehiculum (ire dicitur is qui porro et ulterius pergit. ambulare dicitur qui spatiis factis in eadem vestigia reflectit) praeterea qui hanc servitutem habet, non tantum pedes ire potest sed etiam equus imo sella vehi et lectica)

actus est jus agendi vel jumentum (cette de femme) vel vehiculum

via est jus et eundi et agendi et ambulandi.

quaenam ergo est differentia

Actum inter et viam.

Differunt 1° Actus continet iter per consequentiam id est actus potest constitui reservato itinere. Si autem iter non reservetur expresse in actu continebitur in actu per consequentiam, quia qui habet quod plus est debet habere quod minus est. via autem continet iter et actum principaliter id est via non potest constitui quin constituantur simul et actus quia duo continentur principaliter in viâ.

Differunt 2° quod qui viam habet potest vel iter et actum separatim vel iter et actum simul vel uno verbo viam vendicare. qui vero actum habet non potest aut iter separatim aut iter et actum conjunctum. sed tale modo actum vendicare.

Differunt 3° quod latitudo viæ ex lege 12 tabularum sit octo pedum in prorectum. et sex decim in anfractum. latitudo vero actus sit quatuor aut octo pedum nisi aliter convenerit.

Aquæ Ductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum

Servitutes has tenus enumeratæ sunt præcipuæ. tot enim esse possunt species

Servitutum quæ jura constituí possunt in prædiis alienis in utilitatem nostram. Sic servitutibus rusticis adgreit justinianus servitutem aquæ haustus. ad aquam appulsus. jus pascendi calcis coquendæ. arenæ fodiendæ.

ad SS 1um

Servitutes urbanæ sunt. oneris ferendi ligni immittendi stillicidii vel fluminis recipiendi et stillicidii vel fluminis non recipiendi, altius non tollendi et altius tollendi ~~Hæc~~ luminibus officiatur

Servitus oneris ferendi est jus ædium nostrarum partem impenendi columnæ aut paretis vicini hæc servitus a natura servitutem recedit in eo quod licet servitutem natura consistat in faciendo vel in non faciendo ~~et~~ parte servitutis tamen teneatur qui debet hanc servitutem aliquid facere scilicet reficere parietem ut fiat ut scilicet possit suum permanent fere onus ædium vicini eo tamen omnino recedat hæc servitus ab indole servitutum. Dominus paretis servientis

non perfracti cogitur illum
reficere. nam si malit potest ejus
dominium derelinquere.

Servitus ligni immittendi est jus quo
vicinus tenetur pati ut foramen fiat
in suo pariete ad hoc ut lignum in eo
quiescat.

Differt hæc servitus a precedenti
quod in servitute oneris ferendi ille qui
debet servitutem teneatur reficere teneatur
reficere parietem ruinosum; dum in
servitute ligni immittendi refectio
incumbat ei qui lignum id est trabem
immittit.

Servitus stillicidii vel fluminis
recipiendi est jus quo vicinus teneatur
recipere stillicidium vel flumen suum
in aream vicini immittere contra jus
commune & quo nemini licet stillicidium
vel flumen suum in aream vicini
avertere.

Servitus stillicidii vel fluminis
non recipiendi est jus quo vicinus prohibetur
stillicidium vel flumen suum in aream
vicini avertere immittere contra jus
introductum a statutis localibus.

Stillicidium est aqua pluvia qua
gaetatim cadit e tecto. flumen

est aqua pluvia qua canalibus collecta instar fluminis cum impetu ruit.

ut intelligantur duæ illæ servitutes quarum una in recipiendo secunda in non recipiendo consistit. supponendæ sunt quoad ultimum statuto localia et quibus cuique permittitur stillicidii vel fluminis suam quocumque velit avertere quibus statutis derogatur juri communi unde inter duas istas servitutes prima consistat in recipiendo seu est affirmativa quia in ea renunciatur juri communi. secunda in non recipiendo consistit seu est negativa, quia in ea renuntiatur juri statutis introducto

Servitus altius non tollendi est jus quo vicinus quo vicini gratia ædes suas non potest tollere ultra certam altitudinem contra jus commune et quo cuique permittitur ædes suas tollere quantum voluerit.

Servitus altius tollendi est jus quo quis potest ædes suas tollere altius quam permittitur per locum statutum.

ut intelligantur duæ illæ servitutes quarum prima in non tollendo altius.

Secunda in tollendo altius consistit

Supponenda sunt statuta Localia ex

quibus nulli permittitur aedes suas

tollere ultra certam altitudinem statutis

definitam quibus statutis derogatur juri

communi; unde inter duas stat. servitutes

prima consistit in non tollendo seu est

negativa quia renunciatur juri communi

Secunda consistit in tollendo, seu est

affirmativa. quia in eâ renonciatur juri

statutis Localibus introducto.

Servitus ne luminibus officiatur

est jus quo vicinus prohibetur ne luminibus

nec quocumque modo officiat.

ad Parag 3um

Cum servitutes denominentur ad Praedio

dominante facile liquit servitutes praedictas

Rusticas aut urbanas esse dictas,

quia plerumque constituuntur alia in

gratiam praedii rustici alia in gratiam

praedii urbani. unde servitus modo rustica

esse potest modo urbana.

ad Parag ultimum.

Ex eo quod servitus sit jus in re

alienâ constitutum sequitur eas constitui

inter vivos contractibus velute
Emptione Donatione stipulatione,
vel ultimæ voluntate ut si
testator haeredem donaverit aut
prælatur aliquem per fundum ire
agere vel etiam acquirantur
perscriptione decem annorum inter
presentes et viginti inter absentes.

Sed nulla tenus in tepluv agetur
de modis quibus servitutes imittentur
supplemus quod deest.

Servitutes coeting untur 1°
confusione scilicet si utrius que prædii
dominantis et servientis idem factus sit
dominus quia res sua nemini servit.

2° Remissione et quidem apertâ
si jus servitutis ab eo cui debebatur
remissum fuerit si qui eam debebat
vel tacitâ si dominus prædii
dominantis permiserit domino prædii
servientis aliquid facere in fundo
servente quo servitus impediatur, et
si jus habeam immittendi meum
stillicidium in aream tuam et permisero
tibi ædificandi in eâ aream.

3° non utendo per decem
annos inter præsentes vel viginti inter
absentes. Sed hæc est differentia inter
servitutes rusticas et urbanas quod
rustica extinguuntur solo non usu

quia consistunt in solo exercitio
et facto ejus cui debentur. V.g. si
habeam servitutem viæ in fundum tuum
et per decem aut viginti annos non
usus sim jure servitutis amitto servitutem.

Aliud est in servitutibus urbanis in
quibus non satis est ut qui servitutis jus
habet eâ non usus sit per tempus
supra definitum; sed requiritur insuper
ut qui servitutem debet libertatem
fundi sui usucapere possit. quia hæc in
solâ ejus qui debet potestate non consistunt.
sed tamdiu durare debet earum possessio
quamdiu ædificia sunt adaptata servitutis
recipiendæ V.g. si habeam jus ligni
immittendi in tuo pariete et per decem
aut viginti annos non usus sim jure meo
non excidit solo contemptu servitus. sed
requiritur insuper ut si ideo non usus
fuerim servitute licet effluerint decem
aut viginti annis postquam parietem
reædificaverint per quos annos ego non
reimmiserim lignum meum in pariete
reædificato quia tunc tui recepisti
libertatem tui parietis.

Titulus Lus

Titulus 4us

De Usufructu

Dig. l. 7. & 1er C. l. 4. 3 & 33 Co l. 2. t. 3 Ch. 1er

ad PP. et D. 2dum

Suna ad servitutes personales quarum prima est usufructus

Usufructus est jus rebus alienis utendi fruendi salvâ earum substantia

1° utendi fruendi differunt uti et frui. qui utitur percipit tantum fructus ad utilitatem quotidianam, qui fruitur non tantum ad necessitatem quotidianam sed ad utilitatem omnem et voluptatem fructus omnes quoscumque percipit

2° Rebus alienis quia res sua nemini servit. ad est servitus in re propria constitui non potest. et Dominus re suâ utitur jure libertatis

3° Salvâ earum substantiâ unde apparet usum fructum consistere tantum in rebus non fungibilibus. quæ possunt præstare usum salvâ earum substantiâ unde quæsitum fuit.

An potest constitui ususfructus in
rebus fungibilibus? id est quæ primo
usu statim consumantur. qui quæ
pondere numero et mensura constant
vg. vinum frumentum, quibus quis
non potest uti nisi absumatur
substancia.

Et quidem non potest in his rebus
fungibilibus constitui ususfructus. sed tamen
utilitatis causa. senatus consulto sub
Tiberio lato cautum fuit ut in
rebus fungibilibus constitueretur non verus sed
quasi ususfructus. ope cautionis qua
quasi usufructuarius promittit se restituturum
rem ejus dem generis quantitatis et qualitatis
cum moneatur aut se capite minuatur.

An vestimentorum detur verus ususfructus,
an quasi usufructus. pandect decisio ejus modo
constituendi hujus modi usumfructum. verus
erit si in specie constituenda sint erit
quasi usus fructus si æstimata data sint
et in genere restituenda.

De Parag 1um et 3um

quæritur in istis paragraphis quibus
modis constituatur, quibus modis tollatur
usus fructus.

Eodem modis constituitur
usus fructus quibus servitutes. reales

Ergo usus fructus constituatur
ut testor dict. usus fructus a
proprietate separationem recepit
pluribus modis.

1° Si quis usum fructum alicui
legaverit tunc hæres nudam habet
proprietatem legatarius vero usum fructum

Si quis tandem alicui legaverit
deducto usu fructu legatarius nudam
habet proprietatem hæres vero usum
fructum.

Si quis hærede instituto alicui
usum fructum legaverit alteri fundum
deducto usu fructu tunc legatarius alter
usum fructum habebit alter nudam
proprietatem: Diximus deducto usu fructu
nam si fundum titio 29 Mævio
usum fructum legaverit. Titius proprietatem
integram habebit simul et dimidiam
partem ipsius fructus. Mævius vero
alteram dimidiam usus fructus partem
habebit hac ratione quod qui fundum
simpliciter legati, et ejus usum fructum
legati.

usus fructus etiam constituitur sine
testamento, vel stipulatione vel
conventionibus sed ne in universum vitetur
esset proprietatis semper ab edente
usus fructus placuit istis modis extinguit
usum fructum. ergo finitur.

1° Morte naturali aut civili usufructuarii. id est maxima et media capitis diminutione, quia usus fructus est jus personae cohaerens

2° Cessatione facto in jure sive Vg. usufructuarius bonis omnibus suis cesserit, usufructus ad dominum proprietatis revertitur, non ad creditores extraneos in quorum gratiam nihil agitur.

3° Non utendo per modum et tempus. per modum, si fructuarius non servet modum in constitutione dictum. per tempus perscriptionis decem annorum inter praesentes et viginti inter absentes.

4° Consolidatione id est si fructuarius fit dominus proprietatis aut vicissim. quia res sua nemini servit.

5° Interitu rei aut ejus immutatione essentiali, quia usus fructus consistit in certo corpore, quo sublato extingui debet, unde si usus fructus aedium legatus fuit et aedes incendio consumptae sint non remanebit usus fructus etiam areae. quae non potest eundem praestare usum ac aedes, imo nec revivisceret usus fructus, etiam si restituantur aedes iisdem exornentis. quod si per partes aedificium corruerit et per partes readificatum remanet usus fructus semper.

(115)

Sicut usufructuarius habeat jus personale potest tamen usum fructum vendere locare donare quod ita accipiendum est ut possit retento jure personali alteri cedere facultatem percipiendi fructus titulo venditionis aut alio quocumque modo. qua facultas exspirabit cum usufructuario.

ad Parag ultimum

ut jam diximus usus fructus quocumque modo amissus avertitur ad proprietatem, excipitur unus casus scilicet si duobus conjunctis legatus fuit usus fructus. nam alterutro decedente alteri accrevit pars amissa quamvis suam partem non agnoverit aut agnitam amiserit quia usus fructus non redit ad proprietatem nisi totus.

Titulus 5um

De Usu et Habitatione

Dig. l. 7 t. 8 c. l. 3 t. 36 = cc l. 12 : t. 3 ch. 2.

ad PP.

Secunda servitus personalis usus est jus alienis rebus utendi et non fruendi salva earum substantia.

convenit usus cum usufructu quod

Uterque tit. Servitus personalis quod uterque iisdem modis constituatur et finiatur sed in eo differunt quod usufructuarius omnes omnino fructus percipiat usuarius vero ad quotidianam tantum vitæ necessitatem ut diximus in principijs tutulæ precedentis.

ad Parag 1 2 3 et 4um

Minus juris est in usu quam in fructu aut Justinianus, id est minus emolumenti, quod ut pateat adhibet in exemplum usum fructum ædium, fundi Servorum et pecorum.

1° Si usus ædium legatus sit usuarius jus habet inhabitandi cum familia sua. imo si ædes sint spatiosæ hospitem in parte quam non sibi occupat ipse recipere potest. a quo vel gratuitum vel mercenarium hospicium præbere tales hospes dicitur non inquilinus proprie non inquilinus dicitur qui in conductis ædibus solus habitat, sed si usuarius partem suæ habitationis necessariam non occupet non potest locare.

2° Si usus fundi legatus sit, nihil aliud usuarius habebit quam oleribus pomis floribus fœno stramentis lignis ad usum quotidianum deputetur id est ad victum suum et suæ familiæ

quia tamen Generibus cum usuario agendum sit. verior est sententia ut ex omnibus quæ in fundo nascuntur. VG. frumento vino ut sumat ad necessitatem. postea usuarius villam occupare potest in fundo deambulare, modo domino fundi molestus non sit. neque impedimento sit per quos opera rustica fiunt

3o. Si usus servi legatus sit. Legatarius potest operis ejus uti ad suam suorumque ministerium, sed alii operas locare non potest. idem est de jumento et bove. nisi aliter scribtus testatorem apparet. VG si auriga legatus sit usus equitii. potest. cum testator sciret legatorium hujus esse conditionis equitium locare aliis.

4o. Si pecoris usus legatus sit. stricto jure usuarius eo uteretur ad stercorandum agrum. ei tamen non invidendum quod medicam lactis capere possit.

usuarius quod jus habet. locare vendere cedere non potest. quod Diversum notavimus in usufructuario. quia ex necessitate usuarii usus modum accepit. et in diversis hominibus diversa est necessitas.

Ad Parag ultimum.

ultima Servitus personalis habitatio est.
jus inhabitandi aedes alienas salva earum
substantia.

quamvis haec Servitus constituatur iisdem
modis ac usus. differt tamen ab usu et
usufructu, quod usuarius non potest
Servire aedes locare, quod permittitur ei
qui habet habitationem. differt etiam
quod cumque majis in facto quam in jure.
consistat. nec capitis deminutione finitur
nec etiam non utendo.

Ad Parag Ultimum.

ut inceptum de rebus incorporalibus
tractatum perficeret justinianus debuisset
post Servitutes agere de hereditatibus,
et obligationibus sed quia sunt modi
acquirendi dominium introducti jure civili
ideo modos istos subjicere maluit. porro
modi acquirendi jure civili alii sunt
universales alii singulares

universales sunt quibus una acquisitione
bona alienius universa acquiruntur.
quatuor sunt hujus modi, hereditas,
bonorum possessio, acquisitio per adrogationem
et additio bonorum libertatis causa.

Singulares sunt quibus rei singularis dominium acquirimus, quatuor sunt hujus modi, usucapio, donatio, legatum et fidei commissum singulare

Titulus 6tus

De Usucapionibus et longi temporis præscriptionibus

(ff. lib. 41 tit. 3 cap. 7 et 31 et 33 cod. lib. 7 tit. 30)

ad PP.

Usucapio est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis a lege definiti.

Cum usucapio esset modus acquirendi jure civili locum habebat tantum in rebus quæ subjectæ erant juri civili ergo in rebus mobilibus ubicumque et in rebus immobilibus soli italici, non vero in rebus immobilibus soli provincialis quia tamen postulabat utilitas publica ne rerum dominia in incerto essent et ne tempore quocumque possit dominus possessorem rei suæ vexare, inductum fuit ut qui

Prædia provincialia per longum
tempus possidebant possent exceptione
oppositâ rerum dominium postea
vendicantem vel etiam rem eandem
longo tempore possessa actione utili
petere.

Itaque longi temporis præscriptio
~~erat exceptio~~ erat exceptio quâ is
qui rem soli provincialis bona fide et
justo titulo possederat tempore definito
poterat repellere dominum rem suam
tardius vendicantem propter longi
temporis possessionem.

Ergo differebant usucapio et
præscriptio 1o. quod usucapio acquirebat
Dominium, præscriptio exceptionem tantum.

2o Usucapio locum habebat in rebus
omnibus mobilibus ubicumque et in rebus
immobilibus soli Italici; verum præscriptio
in rebus immobilibus provincialis

3o. in usucapione tempus infinitum erat.
Annus pro rebus mobilibus, et biennium pro
rebus immobilibus. in præscriptione erat decennium
inter præsentes et vicennium inter absentes.

Differentia horum a Justiniano ~~sublata~~
sublatâ lege unicâ codice usucapione.

transferendâ unum remanebit.
Discrimen usucapionem inter et
prescriptionem est ex illis duabus
unam constare justinianeum

Ad hoc autem ut usucapio procedat
quinque requiruntur conditiones scilicet
bona fides, justus titulus possessio
civilis et continua, tempus a lege
definitum et ut res non sit vitiosa,
tempus a lege definitum, et ut res
non sit vitiosa

1o bona fides. id est opinio
seu sententia quâ quis se credit verum
dominum bona fides autem sufficit
initio possessionis. ita ut bonæ ejusdem
usucapionem non impediret superveniens
scientia rei alienæ aliud esse dicimus
circa prescriptionem fructuum in
quâ requiritur bona fides continua
cujus differentiæ ratio est. quod in
usucapione una tantum acquisitio est.
et ideo vel initium possessionis justum
esse sufficit. dum in fructuum
perceptione multæ sunt. et quotidianæ
acquisitiones et ideo in singulis bona
fides spectanda sit.

2o. justus titulus id est titulus
habilis ad transferendum dominium
ut donatio et emptio. Qua

3º Possessio civilis et continua alia enim est possessio naturalis quæ est nuda rei detentio nemine alterius et sine animo Dominii et hæc est quæ requiritur ad usucapionem, continua id est non interrupta ut videbimus infra. (Parag 4º)

4º Tempus a lege definitum, id est triennium pro rebus mobilibus, et decennium inter præsentes. aut viennium inter absentes pro rebus immobilibus. præsentes sunt qui in eadem provinciâ morantur, absentes, qui morantur in diversis provinciis.

5º ut res non sit vitiosa

a Parag 1º usque ad 9um

6 Res vitiosa in hac materia dicitur, illa quæ usucapionem fugit. hujus generis sunt.

1º Res exempta ab hominum commercio ut liber, homo, res sacra.

2º Res furtiva ut servus fugitivus qui sui ipsius furtum facit. horum usucapionem prohibuerat lex Duodecim Tabularum et lex Atinia ne servorum fuga Dominis suis esset damnosa.

3º Res immobiles vi possessa.

quarum usucapionem prohibuit lex
Julia et Plautia. ut dum fures
difficilius emptorem inveniant facilius
ab his delictis abstineant.

Notandum est quod earum rerum
usucapio prohibeatur non tantum respectu
ejus qui subripuit. hic enim aliâ ratione
usucapere non potest quia scilicet nec
titulum nec bonam fidem habet. sed
respectu alterius cujuslibet qui ab eo etiam
bonâ fide emisset. inde sequitur
usucapionem in rebus immobilibus non
facile procedere, quia facile cadunt
in vitium furti.

Possunt tamen aliquando tradi a
non domino sine vitio furti. Vg. si
haeres rem defuncto commodatam vel
apud eum depositam bonâ fide
accipienti vendiderit aut donaverit
existimans rem hereditariam esse.

Item rei immobilis usucapio emptore
procedit qui bonâ fide eam accepit
a venditore qui ejus possessionem sine vi
nactus est. aut quia dominus erat
absens, aut negligens, aut sine
successore decesserat. nec enim rei
immobilis furtum fieri potest.

Observandum est quod res furtiva
aut vi possessa vitiosa remaneat donec
vitium purgetur. quod contingit si ea res
in possessionem Domini revera fuerit.

2° Res ad fiscum pertinentes
non possunt usucapi secus est de bonis
vacantibus nondum fisco denunciatis. haec
enim a bona fide emptore usucapi possunt
et quidem olim quadrimuli possessione
praescriptione deinde decennali

3° Nec servitutes olim usucapi
poterant, quia non possunt possideri et
nulla usucapio sine possessione procedit.

Ad Parag. 10 et 11 num

Non sufficit possessori ad usucapionem
quod bona fide possideat quod rem acceperit
ex justo titulo; sed requiritur insuper ut res
talis sit quae neque tolli natura neque lege
usucapione exempta sit. et cum falsa existimatio
nostra veritatem rei non mutet non ei procedit
usucapio qui sibi falso persuasit se titulum habere.
nisi tam justa causa erroris fuerit. ut constantissimus
quisque decipi possit. Vgl. Si servus vel procurator
cui rem emendam quis mandaverit ei persuaserit
se emisse atque ita rem tradiderit.

(125)

ad Parag 12mum

Versatur paragraphum circa possessionis continuatam. et nos decet conjungi in eadem persona varia possessionis tempora quae non debet interrumpi sed conjungi posse inter possessorem et auctorem. cum hoc discrimine quod inter auctorem et successorem universalem vg inter defunctum et haeredem. ita jungantur ut solius defuncti ratio habeatur. et ideo bona fides defuncti praeficiat haerdi quamvis iste velit rem esse alienam sicut haec contra malam fidem defuncti obstet haerdi. etiam si is habuerit bonam fidem. secus est inter auctorem et successorem particularem vg inter venditorem et empterem. inter eos enim junguntur quadam tempora sed requiritur ut uter que bonam fidem habuerit initio possessionis.

Ratio discriminis est quod defunctus et haerds consumatur una et eadem persona quod dici non potest de venditore et empterem.

ad Parag Ultimum.

ut si eus empterem facilius inveniret

~~ut fiscus~~

Edicto divi Marci constitutum fuerat
ut qui rem alienam emisset a fisco
sive bonâ sive malâ fide possedit
post quinquennium adversus verum
dominum se tueri exceptione.

at Zeno imperator emptorem
hujus modi securum esse voluit,
at vero domino suam actionem contra
fiscum salvam manere intra quadriennium

Denique ignota mansit usucapio
post introductam præscriptionem triginta
annorum in quâ nec bonâ fides nec
justus titulus, neque res sine vitio exigitur.

Titulus 4mus

De Donationibus

(ff. l. 39. t. 5. c. l. 8 & 34 = co. l. 3 t. 2.)

ad SC.

Secundus modus acquirendi singulares
jure civili est Donatio.

Donatio est liberalitas mera quæ
nullo jure cogente fit et in accipientem
confertur.

nullo jure cogente, qui enim jure

Cogente prestari, Vg: quod debet non
Donari sed solvi.

in accipientem conferatur; quia non
consistit donatio nisi donatarius accipiat
per se vel per procuratorem utrius quae
enim et donatoris et donatarii consensu
donatio perficitur.

Hujus Donationum genera hoc
titulo recensentur. hoc tituto. Donatio
causa mortis, donatio inter vivos, et
donatio propter nuptias.

Ad Parag 1um et 2um

Donatio causa mortis est illa quae fit
propter mortis suspicionem, modo haec suspicio
mortis exprimatur in instrumento donationis

Donatio inter vivos, est illa quae fit
sine ulla mortis expressa suspicione

Cum ergo ex expressione mortis suspicionis
intelligatur cujus generis sit Donatio an
causa mortis an inter vivos, non vero
ex statu valetudinis ejus qui donat, sequitur
quod donatio causa mortis fieri possit ab
eo qui sana gaudet valetudine, sicut
et donatio inter vivos fieri possit cui
imminet mors proxima

ita et donatio causa mortis sit

Cum quis magis se velit habere
quam cum cui donat, sed magis cum
cui donat quam heredem suum. Dum
donatio inter vivos est cum quis cum
qui donat. potius habere velit quam
donatrybum.

Precipua hoc est inter utramque
donationem differentia. cum donatio
causa mortis sit natura sua revocabilis,
donatio vero inter vivos irrevocabilis
natura sua.

Itaque donatio causa mortis revocatur
tribus modis 1o finito periculo, si in statu
periculi facta fuerit, 2o si donatorem
praemortuerit, 3o si donatarius ante
donatorem decesserit.

quod si donatarius etiam ejusmodi
causa mortis declaraverit se velle hujus
modi donationem esse irrevocabilem, ejus
eo donatio quae ejus natura sua erat
donatio causa mortis convertitur in
donationem inter vivos propter expressam
irrevocabilitatem. quae est propria
donationis inter vivos indolis.

Donatio inter vivos est ejus
natura sua irrevocabilis attamen ejus
tribus casibus revocari potest. 1o.
propter ingratitudinem donatarii
gravem modo probetur. 2o si

(147)

W W donatarius conditionibus ipsi in instrumento donationis impositis non paruerit. 3o propter supervenientiam liberorum donatario, modo jam non alios habuisset ante donationem.

ad Parag. 3um

Donatio propter nuptias est illa quam maritus uxori vel sponsus sponsæ faciebat in securitatem dotis.

Dos est illud quod mulier vel aliquis pro ea nomine marito dat ad sustinenda matrimonii onera.

Olim et Donatio vocabatur ante nuptias, et tacitam in se conditionem habebat ut tunc lata esset cum matrimonium esset insecutum. postea cum augeri dotis post nuptias fuerit permissum, imo et deinde non augeri solum sed etiam constante matrimonio accipere potuerunt, ideo hæc donatio propter nuptias nominata fuit, quia non solum antecedere matrimonium potuit sed eo contracto etiam augeri et constitui.

ad Parag. Ultimum.

Cum servus communis ab uno ex Dominis

fuerat manumissus porro.
manumittentis alteri accrescebat.
huno modum sustulit justinianus
aq acquirendi.

Titulus 8vus

quibus alienari fieri vel non.

ad SC.

Post usucapionem et donationem,
iurum naturaliter locum habere
debebant ~~locum~~ legatum et fidei
commissum singulare ut absolverentur
modi singulares acquirendi jure civili.
quia tamen Legatorum et fidei
commissorum pendent a testamentis ideo
justinianus tractatum permittit. cui
rursus praemittit duos titulos velarum
scilicet et nonum ut pote pertinentes
ad modos acquirendi.

Alienatio est translatio dominii
ab uno ad alium.

Et quidem ex definitione dominii sequitur
traditâ patet cum solum rei alienandæ
facultatem habere qui dominus est.

Verum accidit aliquando ut qui
dominus est alienare non possit et ho.
contra ut qui dominus non est possit
alienare. Nonis dominus fit prædii

Ytalici in dotem accepti; tamen
ex lege julia non poterat illud
prædium alienare nisi uxor consentiret,
et ex eadem lege non poterat illud
obligare etiam si consentiret uxor.
cujus differentiæ ratio erat quod mulier
ra
non facile in alienationem consentiat
facilius vero in obligationem.;

Justinianus legem juliam correxit;
voluit quæ res cujuscunque soli in
dotem acceptas maritus absque alienare
absque obligare posset etiam consentiente
uxore ne ~~secus~~ sexûs muliebris
fragilitas in perniciem ejus substantiæ
converteretur.

Prohibitio hæc nec ad fundum estimatum
pertinet quia tunc ad id tantum teneretur
maritus, ut soluto matrimonio pretium
præstet; nec pertinet ad res mobiles
ex quarum alienatione nullum erat
mulier passura detrimentum si maritus
esset solvendo.

ad Parag 2um

Idem probatur iterum exemplo pupilli,
qui licet dominus sit rerum suarum
eas tamen ipse alienare non potest
sine tutoris auctoritate. imo si immobiles
sint nec cum tutoris consensu nisi judicis

decretum audat.

Sequitur ex hoc, pupillum non posse sine tutoris auctoritate mutuam pecuniam dare, quia in mutuo dominium transfertur; sed si pupillus mutuam pecuniam dederit, quid juris?

Distinguendum est: vel pecunia ita mutuo data extat adhuc penes accipientem, vel non extat, et in hoc ultimo casu vel consumpta est bonâ fide vel malâ fide

Si consumpta sit bonâ fide, id est si accipiens ignoverit pupillum cum esse qui numeravit. competit pupillo actio personalis seu conditio certi ex mutuo, quia quod ab initio non erat mutuum in mutuum convertitur per consumptionem.

Si malâ fide, tuno quia pro possessore habetur qui dolo desiit possidere competit pupillo adversus consumentem quia adhuc pecuniam possideat, actio ad exhibendum quâ consequitur id totum quod suâ interest.

Sequitur insuper pupillum debitam sibi pecuniam non posse accipere quia tuno alienaret obligationem, et nihil pupillus potest alienare, ut ergo. securè solvatur pupillo requiritur

Consensus tutoris et decretum judicis

Itaque si decreto non interposito, quis pupillo debitam pecuniam solverit, quaeritur quid juris?

Distinguendum est: vel nummi soluti salvi sunt, et penes pupillum, vel pupillus eos consumpsit utiliter. id est ita in rem suam versit ut locupletior factus sit, vel denique pupillus eos male consumpsit, aut furto amisit.

In primo et secundo casu, si pupillus iterum peteret, submoveretur a debitore per exceptionem doli mali. quia repugnat quem locupletiorem fieri cum jactura alterius.

in tertio casu nihil debitori prodest exceptio doli mali, sed iterum ad eandem summam solvendam condemnabitur, quia sibi imputandum habet quod temere solverit.

Ergo triplex securitatis species debitori pupillo competit. plena si absque tutoris et judicis auctoritate solverit et pecunia soluta penes pupillum remanebit salva, aut si in

rem suam ejus versa fuerit
plenior, si pupillo, presente tutore,
aut ipsi tutori solverit. Sed superest
adhuc metus restitutionis plenissima
si auctoritate et decreto judicis
solverit.

Sequitur demum quod ~~recte~~ pupillus
non recte solvat sine auctoritate tutoris;
quia licet solvendo suam meliorem faciat
conditionem, tamen nummos alienat, et
nullius rei alienatio sine auctoritate tutoris
ei concessa est. unde pecunia soluta
a pupillo, si extet, vindicari potest; si
autem jam consumpta ei contingit
liberatio.

Sed quaeritur in fine quid juris quod
si nummi quos sine auctoritate tutoris
pupillus solvit, pereierint casu fortuito
cum apud eum qui accepit.

Responsum est quod licet generaliter
ita jus sit ut res pereat suo domino
et ideo periculum videatur esse pupilli
qui dominium non transtulit tamen
nummi pereant debitori accipienti
ne quod introductum fuit in favorem
pupilli, ut scilicet non transferat
dominium, vertatur in ejus perniciem.

ad Parag 1um

aliquando qui dominus non est potest alienare cuius ꝓdo probatur exemplo creditoris qui licet dominus non sit pignoris accepti ei securitatem debiti illud tamen alienare jure potest si debitor non solvat, ut ex pretio inde redacto sibi possit restituere quod ultra consecutus est.

Sed quandonam creditor potest detrahere pignus?

Distinguendum est si debitor et creditor nihil inter se convenerint vel convenerint de tempore quo detraheretur pignus, vel denique convenerint de non detrahendo pignore. in primo et secundo casu creditor post unam denuntiationem qua debitor constituitur in mora potest detrahere pignus. Sed in tertio casu triplex denuntiatio praecedere debet, sed in omni casu creditor debitori constituere debet quod ex venditione pignoris consecutus est ultra debitum.

Titulus 9nus.

Per quas personas cuique acquiritur

ad P.S.

Dominium nobis acquiritur non solum per nos metipsos, sed etiam per eos quos in potestate habemus, scilicet pene filios et servos nostros. per servos in quibus usum fructum habemus; per servos alienos, vel etiam liberos hominis quos bona fide possidemus.

ad Parag 1um et 2um

Ex principiis juris romani, liberi erant res patris; ergo jure accessionis ad patrem olim pertinuit quidquid filius familias olim acquirebat

Sed quemadmodum reliqua parentum jura in liberos imminuta fuerunt ita ut jus istud mutationem passum est. sc. introductione peculiorum

peculium est pusilla pecunia quam filius familias aut servus habent a ratiocinibus paternis vel dominicis

Peculium filii familias duplex est. militare et peregrinum

Militare iterum duplex est, castrense

et quasi castrense

Castrense ea complectitur omnia quæ filius acquisivit occasione militiæ armatæ, quasi castrense ea complectitur omnia quæ filius acquisivit occasione militiæ togatæ Sacræ vel palatinæ.

Paganum iterum Duplex est. Profectitium et adventitium.

Profectitium est illud quod profecto obvenit vel ex re patris, vel occasione vel contemplatione patris.

adventitium est illud quod filio obvenit aliunde quam ex re patris, veluti a matre, prospera fortuna &a

Jam vero peculium castrense et quasi castrense ad filium pertinet pleno jure id est quoad proprietatem et quoad usum fructum ita ut de illis testari possit aut aliocumque modo disponere non quia Dominus est sed quia in illis duobus peculiis filii familiæ habentur pro patribus familiæ

Peculium Profectitium ad patrem pertinet pleno jure, ita ut filius administrationem quod habeat tantum,

illud tamen peculium filium
sequitur si manciparetur a Patre.
nisi pater illud expresse ademerit.

Peculium adventitium autem olim
ad patrem pertinebat. Deinde primo
Constantinus bonorum maternorum
proprietatem filio concessit. sed si
pater filium suum emancipet
adventitiorum bonorum partem
tertiam retinere patri permisit.
quasi pro pretio Emancipationis.

Sed hoc duo immutavit Justinianus.
voluit enim, ut proprietatem peculii
adventitii sine ullâ distinctione
ad filium pertineret, usum fructum vero
ad patrem.

Voluit P. ut patri si emanciparet
filium, non pars tertia proprietatis
concederetur, sed tantum modo dimidia
pars usufructus, integrâ apud filium
remanente omnium adventitiorum
proprietate. cum dimidiam usufructûs
partem habebit pater nisi huic expresse
renuntiaverit.

Sed rudenam hoc differentiâ inter
Peculium profectitium, et peculium adventitium
ut profectitium pertineat ad filium quem

Pater emancipet, nisi pater illud expresse ademerit. Dum dimidia pars adventitia pertineat ad patrem qui filium emancipat nisi pater huic expresse renunciaverit.

Ratio est quia cum profectitium ad patrem pertineat. Sed pro administratione postuderatur a filio. debet pater illud filio ademere ~~nisi expresse~~ ita ut nisi expresse ademerit remaneat penes filium sed pater in peculio adventitio. partem usufructus habeat et voluntate legis pro pretio emancipationis debet. expresse renuntiare huic juri quod ex lege habet, et nisi expresse renuntiaverit penes ipsum remanet.

ad Parag 3 et 4um

Peculium servi unicum est, nempe profectitium, et heo domino acquiritur. Notandum tamen est quod rerum dominium acquiratur per servos dominis invitis et ignorantibus possessio quia animo acquiritur dominis scientibus, hereditas autem non nisi dominis jubentibus nec per servos deterior fiat eo dominorum conditio.

Per alios, scilicet per servos in quibus usum fructum habemus. per servos alienos, vel etiam liberos homines. quos bonâ fide possidemus, acquirimus tantum ex duabus causis, scilicet quod ex opere illorum provenit, et quod ex re nostrâ acquirunt.

Ad Parag. 5um

Per Extraneam personam in quam jus nullum habemus, nihil nobis acquiri potest. excipitur procurator per quem possessionem acquirimus etiam aut dominium si dominus sit qui tradit aut tantum usucapiendi facultatem si dominus non sit.

Ad Parag Ultimum

Expositis duobus primis modis acquirendi singularis ad monuimus in principio et 6) transit Justinianus ad modos acquirendi universales quarum princeps est hæreditas quæ definitur Successio in universum jus quod defunctus habet tempore mortis.

Defertur hæc Successio vel ex testamento, vel ab Intestato. quia autem prius ratio fuit. hæreditatis testamentariæ quam

Legitima, modo testamentum sit
secundum solemnitatis juris ordinatum
Duxit justinianus inchoare ab
ordinatione testamentorum.

Titulus 10mus

De Testamentis Ordinandis

L. 28. ff. 1 C. 46 ff. 23 CC. L. per ff. not.

Testamentum est voluntatis
nostra justa sententia de eo quod
quis post mortem suam fieri velit

Voluntatis quia qui voluntatem non
habent, vel qui habent, sed non
exprimere possunt incapaces sunt
testandi

Nostra quia testamentum non
debet pendere ex aliena voluntate.

Justa sententia quia in testamento
adhibenda sunt solemnitates omnes ex
jure requisitæ tum interna quam
externa interna sunt idonei
heredis institutio legitima de quâ in
titulo decimo quarto. externa recensentur
hoc titulo.

De eo quod quis (a) quia testamentum
mente testatoris confirmatur & valet
ut nihil antiquitatis penitus ignoretur
sciendum est primis temporibus quatuor
fuisse testamentorum genera. Calatis
Comitiis in procinctu, per aes et
libram prætorium.

1° Testamentum calatis comitiis (
calare idem est ac convocare) erat
illud quod fiebat coram populo romano,
in comitiis congregato. interrogante
magistratu senatorio hic autem magistratus
probabat populum, velutis jubentis quiritis
ut hic (exprimendo nomen hæredis) (ille)
(exprimendo nomen testatoris) tum jure
legi que hæres fitt ac si filius ejus
proximus ve hæres esset.

Hujus forma quæ eadem erat ac de
legibus condendis ratio fuit quod leges
de successione ab intestato essent
abrogandæ ut locus esset successioni
testamentariæ, et quia leges
posteriores derrogant prioribus
ideo testamenta instar legis his
temporibus erant ordinanda et
consequenter in convocatis comitiis.

2°. Testamentum in Procinctu erat illud quod fiebat nuncupative a militibus in procinctu - ita dictum quia milites procingebantur iste alacriores ad pugnam.

3° Testamentum per as et libram erat illud quod fiebat per imaginariam hereditatis mancipationem seu venditionem emptori familiæ coram quinque testibus et libripendi.

4° Testamentum prætorium erat illud quod fiebat per scripturam coram septem testibus adhibitis signaculis eorum.

ad Parag 3. 4 et 5um

Supra dicta ad jus antiquum pertinent tempore Justiniani duo erant testamentorum genera aliud paganum, aliud militare.

Paganum iterum duplex erat: scriptum quod exigit scripturam vocatur que mysticum si tabulæ sunt clausæ. et nuncupatorium quod sola voce emittatur.

Testamentum scriptum

quod etiam dicitur solemne propter solemnitates quas exigit, vel mysticum mistum quia partim jure civili, partim jure pretorio, partim constitutionibus principum constat, est illud quod per scripturam fit ceram septem testibus romanis ad hoc specialiter rogatis et simul presentibus, adhibitis eorum signaculis sive propriis sive ab uno utantur annulo illorum que et testatoribus subscriptionibus requirit. inbuper ut fiat uno et eodem contextu. id est actu nullo extraneo interveniente.

A parag 6 usque ad parag 12.

Dicitur paragraphum circa testium idoneitatem que talis est ut alii in testamento nullius testes esse possint; alii vero non possint in testamento quorumdam testatorum.

Sic nunquam testes esse possunt in testamento illi quibus cum non est testamenti factio, seu illi quibus olim non licebat interesse celatis comitiis. proinde neq; mulier, neq; servus, neq; furiosus, neq; surdus

nec mutus, nec impubes testis esse
possunt; nec denique illi quos
leges jubserant esse intestabiles.

Sic propter unitatem personarum, nec
filius in patris testamento, nec pater
in testamento filii testis esse possunt.
Licet pater cum filio, vel duo fratres
possint esse testes in testamento extranei
sicut in alio quolibet negotio.

Sic quia nemo in propriâ causâ testis
esse potest. hæres non potest esse testis,
sicut nec frater aut filius hæredis
possunt vero legatarii, quia hi non in
in propriâ causâ, sed in causâ hæredis
testimonium perhibent cum totum testamenti
negotium versatur inter defunctum et
hæredem.

Ad Parag 12 et 13.

Testamentum fieri per scripturam fieri
placuit, sive in tabulis ligneis cerâ
illitis fiebat uti olim sive in cartis
membranisve.

Potest testator plura ej. sui testamenti
exemplaria facere. æque authentica.

Modo iisdem omnino sint solemnitatibus absoluta. et eodem tempore si enim diversis temporibus ea fecerit, priùs rumpitur. valet ultimum. quod si eodem tempore duo fecerit quis testamenta in quibus diversos haeredes instituerit, neutrum alio rumpetur. quia utrum que est. suprenum, unde ex utro que tanquam ex uno potest adiri haereditas.

Ad Parag Ultimum

Testamentum Nuncupativum est. sola voluntatis testatoris declaratio coram. septem testibus idoneis ad hoc rogatis et simul facta praesentibus. nec erit. scriptum licet memoriae causa. postea mandetur scriptis.

Est et aliud testamenti genus ardelicet Olographum quod. propria manu testatoris scribitur datatur, et subscribitur quod. jure romano. valebat tantum inter liberos.

Titulus 11

De Testamento Militare

(ff) L 29. ff 1er C L 6 ff 21.

ad Vet Parag 1um.

Testamentum militare est nuda militis sententia de eo quod post mortem suam fieri velit.

Nuda sententia. ut opponatur sententiæ justæ. quæ requiritur in testamento paganorum. nam militi remissæ omnes solemnitates in testamento paganorum requisitæ. tam externæ quam internæ. et in hoc versatur privilegium militis dum in expeditione est tut sufficiat quocunque modo. constet de ipsius voluntate ergo per scripturam vel in scriptis testari velit, sive vero velit nuncupative duos quidem testes requirunter non quidem propter solemnitatem sed ad probationem qui duo testes profiteantur militem serio et animo deliberato testari voluisse sibi que instituisse heredem.

ad Parag 2dum

Paganus surdus, vel mutus testari olim non poterat. nisi a principe impetrasset sed miles surdus vel mutus. sine hujus modi rescripto. testari poterat. et.

et constitutione Justiniani Paganus
surdus et mutus, non nisi per Scripturam
testari poterat. milites surdus et mutus
mutus poterat. quocumque modo posset
voluntatem declarare. etiam notis eam
significantibus, unde illud Lipsidum
testanti militi arenam loco tabulæ sanguis
loco æramenti ensis calamo esse potest.

ad Parag. 3 et 4um

testamentum jure militari factum
valet. non tantum toto tempore quo
testator militat, sive postea moriatur.
in hibernis vel in præsidiis sive in
expeditione, verum etiam intra annum
post missionem honestam vel causariam,
non vero ignominiosam. (missio est facultas
honeste abeundi in perpetuum; honesta
conceditur acto militiæ tempore; causaria
conceditur ob causam vel ob morbum.
Ignominiosa datur ob crimen

Imo valet testamentum militare
quamvis conditio sub qua hæres institutus fuit
evaserit post annum missionis, modo testator
miles intra annum decesserit. hujus ratio
est quod conditio quando cumque eveniat
retrotrahitur ad tempus mortis testatoris.

(167)

Imo etiam si ante militiam quis testamentum fecerit sed non jure, et postea factus miles, in expeditione nova ab hoste nova ab aliquo testatione declaret se velle hoc primum testamentum valere valebit licet ab initio invalidum quasi vires capiens et nova militis voluntate.

Ad Parag 5um

Testamentum jure communi factum a Pagano fit etiam capitis diminutione minima, et si miles pater familias se dederit in adrogationem, sive cum filius familias fuerit a patre emancipatus vel in adoptionem alteri datus firmum nihilominus manet testamentum.

Ad Parag Ultimum

filius familias in peculio castrensi et quasi castrensi habetur pro patre familias et ideo de his testari potest quod ita intelligendum est si filius familias non sit miles aut etiam miles extra periculum constitutus potest testari solum jure communi id est adhibitis omnibus solemnitatibus.

Titulus 17mus

quibus non est facere permissum
facere Testamentum.

I. 6. 18 D. 1ma — C. I. 6. D. XVII

ad SS.

Duplex distinguitur testamenti factio
alia activa, alia passiva.

activa est jus condendi testamentum
et proinde requiritur in persona testatoris.

Passiva est jus recipiendi ex testamento
alieno et proinde requiritur in persona
heredis.

Jure civili activa requiritur in
persona testatoris tribus temporibus
scilicet tempore testamenti, tempore
mortis, tempore intermedio.

Jure prætorio requiritur tantum
duobus temporibus scilicet tempore
testamenti et tempore mortis ita
ut non maneat tempus intermedium de
passiva agemus infra, titulo 19 para 4.

Ut igitur sciamus quaenam testatoris
conditio debeat prætor ponamus principia 1o

(151)

1° Testamenti factio est juris publici 2° Testamentum est voluntatis nostra justa sententia 3° Solis civibus romanis concessum est jus testandi

1° Testamenti factio est juris publici, id est solae publicae legis auctoritate seu lege 12 tabularum Descendit, pater familias uti legassit &a. ex hoc fragmento Solis patribus familias concessum est jus testandi ergo filii familias testari non possunt etiam si eis pater permiserit, quia privatorum pactis juri publico derogari non potest. possunt tamen filii familias donare causa mortis patre permittente, quia haec donatio est juris privati omnibus jure gentium competens ita ut pendeat a voluntate donatoris cui accedere debet voluntas patris cum filius donat de peculio profectitio vel adventitio.

Ad Parag 1. 2 3 et 4

2 Testamentum est voluntatis nostra justa sententia. Ergo testari non possunt impuberes, quia matura non est eorum voluntas. furiosi et mente capti quia firma non est

Eorum voluntas, prodigi modo
tales sententiæ judicis tales declarati
fuerint

Ita tamen iterum testamenta
non valuit ut licet postea puberes aut
sani mentis fiant, vel sublata sit
interdictio non ideo magis convalescit
testamentum constante vetante regulâ

juris quam quod ab initio
non valet tractu temporis convalescere non
potest, et hoc contra si quis sana mentis
legitime fecerit testamentum, illud valebit,
quamvis postea furiosus, mente captus aut
prodigus fiat decidat quia nihil eminus
remanet civis romanus et pater familiâs
et quamvis tempore mortis non habeat
facultatem testandi, non amisit
testamenti factionem activam, id est, jus
testandi, unde sequitur, furiosum et
mente captum, si habeant lucida
intervalla, posse tunc testamentum condere

Surdi et muti poterant facere
testamentum, si a principe impetrassent
postea constituit justinianus tit si quis

surdus fit et mutus simul a natura, omnino testamentum facere non possit; si casu fuerit modo scripto voluntatem suam sciat exprimere. quod si tantum mutus fit aut surdus tantum sive natura sive morbo is testare possit. modo aut scripto aut lingua voluntatem possit declarare; quod si post factum testamentum fiat surdus aut mutus; factum nihil omnino remanet. testamentum. caeci pariter testare possunt nuncupato haerede et adhibito praeter septem testib. tabellione, vel octavo teste. per quem voluntas ejus scribatur.

ad Parag Ultimum.

3° Solis civibus romanis concessum est jus testandi. Ergo nec peregrinis nec deportatis, nec servis permittitur, quia non sunt participes ejus juris romani civilis, nec proinde illi qui ab hostibus capti servi fuerunt si tamen inde in civitatem redierint. aliud est de testamento facto in captivitate aliud de testamento facto ante captivitatem.

In primo casu non convalescit testamentum. quia quod ab initio non valet, tractu temporis convalescere non potest. in secundo casu valebit testamentum duplici fictione; scilicet fictione juris post liminii, si redierit in civitatem, vel fictione Legis Cornelie si apud hostes decesserit.

Sed quare per reditum testatoris non convalescit jure post liminii testamentum in captivitate factum, cum jus post liminii fingat eum nunquam fuisse in captivitate?

Ratio est quod illud post liminium habere non potuit quod non existit ante captivitatem, quia tunc initium est per tempus captivitatis. et tamen consequenter nullum convalescerunt tamen Codicilli in captivitate facti ab eo qui ante captivitatem fecisset testamentum, quia initium codicillorum in civitate constitutum est, nempe testamentum quo confirmantur et cujus sunt pars et sequela.

Titulus 12us

De Exheredatione Liberorum

Exhæredatio est hæreditatis
ademptio suis hæredibus rite facta

Exhæredatio fit vel nominatim
quando nomine proprio aut certo signo
designatur persona exhæreditate vel
inter cæteros hâc formulâ, cæteri
exhæredes sunto.

Præteritio est omissio institutionis et
exhæredationis.

Suus hæres est ille qui est in potestate
etiam primo gradu

Posthumus est ille qui nascitur post mortem
patris.
quasi Posthumus est nepos qui tempore
testamenti non est in primo gradu sed
in cum ascendit agnoscendo morientis
filio ante avum.

Jam vero suus hæres debebat
vel instituii vel exheredari
ita ut si esset præteritus, testamentum
erat omnino nullum et nunquam
poterat convalescere.

filia et reliqui etiam sui hæredes
poterant exheredari inter cæteros
ita ut si essent præteriti, ipsis

Debebatur jus exhaerendae, id est,
jus inferendi partem hereditatis, et
quidem dimidiam si extranei essent
instituti. partem vero virilem sui
equalem si sui heredes essent
instituti.

Posthumi et quasi posthumi debebant
vel institui, vel nominatim exheredari
hac formula; quicumque mihi filius
genitus fuerit exheredes erto ita ut
si essent praeteriti testamentum agnoscendo
vel rumpebant.

Posthumae et quasi posthumae poterant
exheredari inter ceteros. modo ipsis
qualemcumque legatum relinqueretur, ne
viderentur praeteritae per oblivionem.

Postea constituit Justinianus, ut
Liberi omnes, mares aut femina, primi
gradus, vel ulteriorum nati vel
posthumi aut quasi posthumi nominatim
deberent exheredari.

Titulus 14 tertius

De Heredibus Instituendis

(ad L 28 et §: Cod L 6 et 24)

Ad Pr. et Parag. 1: 2 et 3.

Heredis institutio est designatio successoris in universum jus quod defunctus habuit tempore mortis.

Heredes instituti possunt soli cives romani; ergo peregrini et deportati non possunt quia juris civilis communio non habent.

Heredes instituti possunt patres familias et filii familias et etiam servi de quibus duo unum dicemus. quod si servus tit proprius testatoris potuit instituti. sive ipsi detur libertas sive non detur expresse quam acquirit ex eo solo quod institutus est, et servus hujus modi si remanserit in potestate testatoris usque ad mortem ejus, fiat ipsi heres necessarius, sive velit sive nolit. Sed si a testatore vivo manumissus fuerit. eam acquirat nec domino sed tantum jubenti. Si vero tit alienus aut sui domino aut sibi aut nec domino acquirat prout tempore mortis testatoris, vel in eadem conditione manserit, vel manumissus fuerit, vel alienatus.

Ad Parag. 4 et 5.

Testamentum est veluti lex quam pater familiae de re sua. ergo testator quae voluerit potest heredem instituere. in infinitum aut justinianum. quibus verbis significatur numerum heredum quos quis potest instituere nulla lege fuisse praescriptum.

quoniam inter plures heredes instituto hereditas debet dividi; ideo plerumque dividitur in duodecim partes seu uncias quae communi nomine vocantur as: et quarum quaelibet suum nomen peculiare habet. itaque pars hereditatis duodecima vocatur uncia duae uncia sextans. tres quadrans quatuor triens quinque quincunx sex semis septem septunx octo, bis novem dodrans decem dextans undecim deunx duodecim as. aliquando potest testator ad libitum assem distribuere in plures partes. huic ad dupondium seu viginti quatuor unciae vel ad tripondium .X. unciae praecedit testator.

Ad Parag 6 y et 8.

Ex principiis juris romani, nemo poterat partim testatus, partim intestatus decedere.

ita ut si quis unicum haredem instituisset ℔ℓ. ℔ semiasipsi totus ad debebatur. et tuno detrahebatur mentis partis adscripta idem erat si quis ℔ re certa fuisset institutus.

Sed si testator plures instituerit haredes plures sunt casus varii.

1°. vel nulli eorum partem assignavit, et tuno in tot partes hereditas dividitur quot sunt instituti.

2°. Vel cuilibet partem assignavit, et tuno quilibet partem assignatam habet. ita tamen ut partis assignatæ non expleant assem, pars superans singulis decrescit pro eadem parte.

3°. vel ℔ pluribus institutis quibus— dam partem assignavit quibus dam non, et tuno si partis adscriptæ non exagant assem, pars vacans eis assignabitur qui sine parte assignata scripti sunt. si partis adscriptæ assem exagant fit transitus ad dupondium, et si quibus partis sunt assignatæ unciam hereditatis unam. cæteri sine parte scripti semiscem alium habent; si demum partis assignatæ superant assem pariter fit transitus ad dupondium et quod decet dupondio debetur illis qui sine parte scripti sunt.

Ad Parag. 9um

Uti & principiis romanorum nemo
paganus, pro parte bonorum testatus
pro parte intestatus decedere poterat, ita
pro parte temporis testatus pro parte
intestatus. unde quaeritur. quotuplici modo
haeres possit institui?

Haeres potest institui vel pure, ita
Titius haeres esto. vel sub conditione ita
titius haeres esto, si navis ex asia venerit,
sed non in diem, nisi dies sit incertus ita ut
pro conditione habeatur. quod ut intelligatur
quaedam sunt praemittenda.

Dies appositus institutioni est vel certus
vel incertus. Dies certus est cum certum est
et diem venturum esse, et quando nam sit
venturus. Dies autem certus apponitur
institutioni, vel tanquam terminus a quo D.G.
post kominium a morte mea vel tanquam
terminus ad quem D.G usque ad kominium post
mortem meam.

Dies incertus est vel incertus simpliciter,
vel incertus secundum quid.

Est incertus simpliciter quando et incertum est
ut sit instituendus et incertum est quando breviter
cum est incertus dies et quoad eventum et
quoad optatum. D.G cum Titius Mariam

uxorem duxerit est incertus.
Secundum quid sub duplici respectu.
vel cum incertum est an fit extiturus
Sed certum est quando, breviter cum
Dies incertus est quoad eventum. Sed
certus quoad Epocam. VG cum titius
erit annis 14 natus. vel cum incertus
est quando nam dies fit extiturus. Sed
certum est extiturum esse, breviter cum
Dies incertus est quoad epocam. Sed
certus quoad eventum. VG cum titius
moritur.

Jam vero dies certus sive apponatur
tanquam terminus a quo sive tanquam
terminus adquem habetur pro non scripto
et institutio consideratur tanquam si pure
facta esset. ne testator pro parte temporis
testatus moriatur, pro parte intestatus

Dies vel simpliciter incertus, vel
incertus quoad eventum pro conditione
habetur. cujus eventus expectari debet aut
sciatur an valeat institutio nec ne.

Si dies incertus fit quoad Epocam,
distinguendum est an dies extrinsece appositus
fit an ipsi haredi, VG, titius haveat
usq cum media moriatur Dies hujusmodi
pro conditione habetur, quia fieri potest

ut hæres scriptus meriatur ante mortem. Si vero ipsi hæredi appositus sit dies: Titius cum morietur hæres esto tunc quasi dies certus detrahendus est et instituto hujusmodi habendi debet tanquam si pure facta esset.

Sed certe nihil interesse videtur ita testator scripserit: Titius post quinquennium hæres esto. utrum ita Titius hæres esto si uxorem duxerit. et enim in utroque casu testator videtur pro parte temporis testatus, quod jura non sinunt.

Maxima tamen est inter utrumque casum disparitas, quod conditionis vel diei sive simpliciter sive quoad eventum tantum incerti ea est ut actum cui adjiciatur suspendat in futurum et incertum eventum, ac proinde cum hæres sub conditione institutus est in pendenti est tota dispositio quæ deficit. deficiente conditione. quæ si conditio existiterit, pro jura habetur, ita ut eventus conditionis quocumque tempore existentis retrotrahatur ad tempus mortis testatoris et certe idem non patitur natura diei certi instituti. appetitu hic enim appetitur. vel ut mereatur actum si adjiciatur tanquam terminus a quo, vel ut incidat actus terminum, si tanquam terminus

ad quem. Praterea non potest dies certus retrotrahi quemadmodum conditio potest. et tempus additionis post diem existentem facto non potest conjungi et continuari cum tempore mortis testatoris.

Ad Parag 10 et 11.

Conditio est adjectio qua actum suspenditur in incertum et futurum eventum

Conditio est alia possibilis alia impossibilis conditio impossibilis est illa quæ repugnat vel naturæ VG si calum digito tetigeris; vel legibus VG si Mariam occideris. vel bonis moribus VG si nudus in foro saltaveris.

Conditio possibilis est illa quæ nec naturæ, nec legibus, nec bonis moribus repugnat. Hæc triplex est, casualis potestativa, et mista.

Casualis est illa quæ pendet a fato, VG: si navis ex asia venerit.

Potestativa est illa quæ pendet a voluntate ejus cui imponitur VG si navem meam dederis

Praterea conditio alia est affirmativa alia negativa affirmativa est illa quæ consistit in faciendo VG. si ascenderis

Negativa est illa qua constituit in
non faciendo Vg si non ascenderis

Jam vero circa conditiones adjectas
institutionibus heredum, ha sunt regulæ.

1° Hæreditas non defertur heredi sub
conditione affirmativa instituto antequam
conditio fuerit impleta. ideo qui si pendente
conditione heres decedat, nihil transmittit
ad heredes suos.

2° Si plures adjectæ sint conditiones,
vel conjunctim apponuntur vel disjunctim.
Si conjunctim Vg si illud et istud factum sit,
debuit illud omnino adimpleri antequam
deferatur hæreditas; quia unius loco omnes
habentur. Si disjunctim Vg si illud aut istud
factum sit unum adimpleri sufficit.

3° Si conditio sit negativa hæreditas non
suspenditur, sed heres statim potest eam adire,
prastita prius cautione Mucinianâ. Cautio
Mucinia est illa quâ heres aut legatarius
sub conditione sub non faciendi præmittit dato
fide jussore, se hæreditatem aut legatum
cum fructibus restituturum si fecerit id.
quod a testatore prohibitum est.

4° Hæredi instituto sub conditione

potestativa aut negativa non prius
deferetur hereditas quam aut conditionem
impleverit, aut per eum non stetit
quominus impleatur ff. si institutus sit
sub conditione, si moriam referens defecerit
et ipse quidem decedere voluit, sed moriri
noluit rubere.

Notandum est quod filius suus
haeres non potest instituj sub conditione
casuali aut mixta, quia si deficeret
conditio reperiretur contra legem repetitus
praeteritus, nisi cohaeredantur sub conditione
contraria. ita filius meus haeres esto, si
navis ex asia redierit. et si non venerit
cohaeres esto. potest tamen instituj sub
conditione potestativa. quia sibi imputare
debet quod non adimplendo conditionem
hujus modi semetipsum exheredaverit. filio
autem et nepotes possunt institui sub conditione
qualibet.

5 Conditio impossibilis habetur pro non
scripta in ultimis voluntatibus, quia inspicitur
tanquam nudum testatoris dictum. secus est
in contractibus quod vitiat conditio
impossibilis quia contrahentes tunc jocari
censentur quam contrahere.

ad Parag Ultimum.

Ignotus homo seu ille quem nunquam testator vidit, potuit hæred instituí secus est sed incertus quid certum esse debet testantis consilium. certa quæ persona instituatur

Titulus 17us

De Vulgari Substitutione.

C. l. 4 28. et 6. Cod l 6. t. 24 et 26.

Liberrima facultas de rebus suis disponendi patribus familias concessa est lege 12 tabularum, quâ propter non tantum unum, vel plures hæredes instituere poterant, sed etiam in defectum instituti alium vel plures substituere.

Ergo substitutio est institutio secundi, tertii, vel denique hæredis in locum primi deficientis et qualibet ex illis institutionibus vocatur gratus. substitutio fit in duplicem casum, primus casus est delatæ et non aditæ hæreditatis, secundus est casus delatæ et hæreditatis aditæ sed morte pupilli ante pubertatem.

Substitutio alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris. Substitutio vulgaris est illa quae fit a quolibet testatore cuilibet horedi in casum non delatae hereditatis. Haec est formula: Haeres esto si primus haeres non erit. Secundus haeres esto si secundus haeres non erit. tertius haeres esto: sic quot dixerit. testatori enim liberum est quot voluerit haeredum gradus facere.

Et haec evidenter sequitur substitutio non vulgarem extingui si primus instituta adierit successionem.

ad Parag 1 et 2um

Et amplissima testandi facultas fuit quod testator substituere potuit plures non. VG: primus haeres esto si primus haeres non erit. Secundus et tertius haeredes sunto. vel unum pluribus VG: primus et secundus haeredes sunto. si haeredes non erunt tertius haeres esto. vel singulos singulis VG. primus et secundus haeredes sunto, si primus haeres non erit. tertius haeres esto. si secundus haeres non erit. quartus haeres esto. vel denique plures institutos invicem

Vel primus secundus et tertius hæredes sunto,
vos que invicem substituo. et hæc substitutio
vocatur reciproqua; circa eos varios
substituendi modos notandum est locum non esse
substitutis nisi defecerint qui instituti sunt, excepto
casu in quo singuli singulis substituuntur. circa
substitutionem reciproquam, notandum est quod
si hæredes instituti fuerint ex partibus inæqualibus
unus invicem substitutus fuerint unus vel pluribus
defecientibus cohæredes admittuntur in substitutione
pro parte quam testator in substitutione expresserat,
quia eadem amore eos prosequi censetur in substitutione
ac in institutione. excipitur tamen si ad substitutionem
vocati fuerint nominibus propriis. tunc enim licet
instituti sint ex partibus inæqualibus. tamen ex
substitutione partes æquales habebunt, quia expressio
nominum id operatur quod censeantur vocati ad
partes æquales.

Titulus 16.

De Pupillari Substitutione.

Substitutio pupillaris est illa qua fit a
parentibus viris sui liberis impuberibus
in potestate constitutis. et in potestate alterius
non recaburis, in casum ante
mortis ante pubertatem. hæc erat formula

Filius meus haeres esto impubes
haeres esto; si haeres erit et ante
pubertatem decesserit Titius haeres esto.

Fundamentum substitutionis pupillaris est
patria potestas, finis ut impuberes
non moriantur intestati causa est
etas pupillaris

Substitutio exemplaris est illa
quae humanitatis intuitu fit. a parentibus
utrisque suis liberis haeredibus
instituta etiam puberibus qui propter
corporis aut animi vitium testamentum
facere non possunt in casum aditae
haereditatis sed mortis ante respicientiam

Titulus 17us

quibus modis Testamenta infirmantur

(ff 26 et 3)

ad SC Silan 1: 2 et 3.

Testamentum infirmatur vel ipso jure
vel officio judicis ipso jure infirmatur
cum rumpitur vel fit irritum

rumpitur cum in eadem statu remanente
testatore ipsius testamenti jus vitiatur.
quod contingit 1o agnatione sui haeredis

2° quasi agnatione sui heredis
3° adrogatione patris familias post
testamentum facta.

Rumpitur etiam posteriori testamento
jure perfecto; nec interest utrum in
posteriori testamento heres scriptus
adierit hereditatem necne sufficit enim
aliquo casu potuisse existere. et modo
licet destitutum fuerit testamentum
posterius factum jure prius rumpitur
et etiam quamvis in posteriori testamento
heres scriptus sit. et certo vel summæ quia
hæc institutio valet quasi esset neve
institutus

Ad Parag 4 et 6.

Irritum fit testamentum per quamlibet
capitis diminutionem testatoris. si cum
maximam patiatur fit servus, si medium
fit peregrinus, si minimam fit filius
familias; quibus in casibus evidens est jus
testamenti vitiari.

quid ergo si testator pristinum statum
recuperaverit? convalescet ne testamentum?

Minime quidem si de jure civili

queratur quo jure testamenti factio requiritur ad tempore testamenti, et tempore mortis ad tempore intermedio; sed convalescit jure pretorio quo. testamenti factio tempore testamenti et tempore mortis.

Si tamen testator minimam intermedio tempore passus sit capitis diminutionem, exigitur ut declaret se velle mori cum illo testamento, quia cum hac mutatio status sit spontanea videri posset recusare ad priori voluntate, quod quidem secus in aliis mutationibus quae nunquam contingunt quasi inviti.

ad Parag 5um.

Si testator aliquam ex solemnitatibus, tum internis tum externis aque non valet testamentum; placuit ad tamen ut singulis vocabulis distinguerentur singuli modi quibus testamenta non valeant. jam vidimus de testamento rupto et irrito. et ut notat parag 5us proinde quod alterutrum usurpatur vocabulum. praterea aliud est testamentum nullum. in quo deficit

interna Solemnitas. ad hæc duas
hæres tit. præmeritus; aliud est injustum
seu imperfectum, illud scilicet in quo
Defect. vel una ex Solemnitatibus externis
aliud destitutum illud scilicet in ex quo
nemo existit.

Ad parag 7 et ultimum.

Testamentum prius non rumpitur per
posterius nisi posterius sit imperfectum
non sufficeret ergo sola Declaratio
contraria voluntatis.

Titulus 18.

De Inofficioso Testamento.

Testamentum infirmatur officio
judicis, quando inofficiosum esse
pronunciatur. testamentum inofficiosum
est illud quod jure quodam factum est.
sed contra officium pietatis in quo neglectus
fuit amor ille naturalis qui liberis a parentibus,
parentibus a liberis, fratribus a fratribus debitur.

Supposuerunt jurisconsulti testatorem officii
legis naturalis immemorem non quidem vere
Demeritum facit sed fecisse quasi sana mentis.
cum testamentum condidit inofficiosum

Et ex pretextu introducta
fuit actio que speciali nomine
dicta est querela.

querela inofficiosi testamenti
est actio in rem qua preteriti
fuerunt, vel injuste exheredati agunt
adversus heredes institutos ut
testamentum rescindatur ex colore quod
testator non fuerit sane mentis.

unde patet querelam hanc competere
1o suis heredibus injuste a patre vel
avo paterno exheredatis. vel liberis a
matre vel avo materno injuste preteritis.
2o parentibus a liberis emancipatis,
injuste preteritis. 3o fratribus aut
sororibus germanis aut consanguineis. et
integra exclamatione a fratribus aut
sororibus injuste preteritis sit turpis
persona ipsis prelata fuit.

Obiit a est querela testamenti
inofficiosi propter pretextum sub quo
introducta fuit unde una tantum ei
bonus est quando liberis parentibus, aut
fratribus via qualibet et alia deficit
qua possint pervenire ad bona defuncti.

Ergo cessat 1o querela si sui
heredes nati aut posthumi sunt.

Praterit, quia testamentum hujus. modi
est nullum.

2° Cessat querela quando illis qui queri
possunt, aliquid relictum est in testamento. et
quidem olim quando tota legitima portio relicta
erat. et postea si quid eis relictum fuit hereditatis
aut legati tituto. Data eis actione capletoria. ad
explendum illud quod legitime portioni deest.

Portio legitima erat olim quarta pars
ejus portionis quam quilibet ex filiis habiturus
erat. esset si defunctus intestatus decessisset
hanc deinde auxit justinianus, voluitque,
ut si quatuor essent liberi vel infra trium
bonorum inter omnes divideretur. si essent.
quinque vel supra semis inter omnes.

3° Cessat querela si illi qui queri
potest approbaverit defuncti judicium
ut si legatum sibi relictum perceperit ipse
aut si legatariis patentibus officium suum.
pg. advocationem voluntarie prabuerit
aliud esset ex officii necessitate ut si
fuerit tutor.

4° Cessat querela elapso quinquennio.

Titulus 19.

De heredum qualitate et differentia.

ad PP.

Hæredes apud romanos triplicis erant generis, alii necessarii, alii sui necessarii; alii extranei.

ad Parag 1um

Hæredes necessarii sunt servi a Domino sui instituti; nec portest manumitti.

Dicuntur necessarii; quia ipso jure inviti et ignorantes fiunt hæredes statim a morte testatoris. et ideo tenentur omnia onera hæreditaria subire nisi impetraverint a prætore beneficium separationis.

Beneficium separationis in eo consistit, ut si post mortem testatoris servus institutus, vel ex sua industria, vel ex aliorum liberalitate acquisierit, non possit separare ab hæreditate Domini nec ultra vires hæreditatis a creditoribus conveniatur

ad Parag 2dum

Hæredes sui et necessarii sunt liberi in potestate testatoris constituti tempore mortis, et in primo gradu tempore delati hæreditatis.

, Dicuntur sui quasi domestici et
quodam modo domini etiam vivo patre:
quod introductum fuit in favorem liberorum
Necessarii quia ipso jure invitii et ignorantes
sunt heredes patris, quod introductum est
in favorem patris. Sed quemadmodum heredibus
Necessariis prator concessit beneficium separationis
ita heredibus suis et necessariis concessit beneficium
abstentionis.

Beneficium abstentionis concessum est
illud quo prator heredibus suis et Necessariis
concedit facultatem abstinendi ab hereditate
paterna ut evitent onera hereditaria.

ad parag 3 et 4um

Heredes extranei seu voluntarii sunt
illi qui voluntate potestati testatoris subjecti
non sunt, et quibus liberum est adire vel
repudiare hereditatem.

Dicuntur Voluntarii quia ipsis liberum
est adire vel non adire &c

ut tamen adire possint requiritur
ut sit cum eis testamenti factio, sive quod
idem est ut habeant testamenti factionem
passivam in tempore conditi testamenti nec
a tempore mortis testatoris ad aditam
usque hereditatem. quia aditio quocumque
tempore facta sic retrohitur ad tempus mortis

ad Parag 5um

Duo sunt beneficia hæredibus Extraneis concessa. jus deliberandi et beneficium inventarii a justiniano introductum.

Jus deliberandi in eo consistit ut dum aditionem urgent creditores hæreditarii hæredi extraneo certum tempus concedatur ad deliberandum utrum sibi expediat adire utrum. expediat repudiare hæreditatem.

inventarium est descriptio accurata rerum omnium mobilium hæreditariarum

Ideo jus deliberandi necessarium fuit quia hæreditas semel adita non potest repudiari, sicut nec adire semel repudiata præter quam si minor 25 annis adierit cui prætor subvenit per substitutionem in integrum

Præterea effectus aditionis est ut hæres, quia defunctum representat teneatur creditoribus hæreditariis et personâ defuncti teneatur, vero legatariis et fidei commissariis et quasi contractu qui per aditionem contrahitur.

ad Parag Ultimum

Hæredes Extranei non aliter sunt

hæredes quam ℔ verbis aut facto
Declaraverint ℔ velle hæredes esse. id est
per additionem, aut per pro hærede gestionem.

Pro hærede gestio est actus quo hæres extraneus
facto quolibet Declarat ℔ velle hæredem esse
ff. ℔ res hæreditarias tractat tanquam
ut ℔ hæres aut Dominus, ut ℔ verdat ecl.

Contra repudiatio est actus quo hæres
Extraneus verbis aut facto Declarat ℔ hæreditatem
sibi delatam nolle adire.

Titulus XO.

De Legatis

(Orig) l. 30: 31 et 32. cod l. 6 et 37 ec l. 3 et 4. § 3: 4: 5 et 6.

ad Parag 8 et Parag 1um

Legatum est donatio quædam a defuncto relicta,
ab hærede præstanda

Donatio quædam quia licet in quibus dam
legatum et donatio conveniunt, in plurimis
aliis differunt. et in hoc maxime quod donatio
non consistat nisi acceptur a donatario. dum
legatum in gratiam absentis et ignorantis
valet.

a defuncto relicta, tum quia
mortuo tantum testatore defertur tum quia

Et etiam ab intestato relinqui
possint legata VG in codicillis.

ab haerede praestanda nam licet
dominium rei legatae statim a morte
testatoris transeat in legatarium, rei
tamen legatae possessionem legatarius
propria auctoritate non potest occupare
sed ab haerede accipere debet, ut si
forte locus sit retentioni quarta falcidia
haerdi facilius sit retinere quam
repetere si semel solvisset

Ad Parag. 7. et 8um

Olim quatuor erant legatorum
genera, per vendicationem, per
damnationem sinendi modo, et per
preceptionem.

Legatum per vendicationem fiebat
hac formula: titius vindicato tibi
vel do lego titio in hoc legati genere
verba testatoris dirigebantur ad
legatorium. res tantum propria testatoris
legari poterat, et ex hoc legato oriebatur
actio in rem.

Legatum per damnationem fiebat
hac formula: haeres meus dominus esto
dare in hoc legati genere verba

testatoris dirigebantur ad hæredem
cum damnatione res testatoris vel
hæredis, vel etiam res aliena legari
poterant, et ex hoc legato oriebatur actio
in personam

Legatum finiendi modo fiebat hac formula:
~~hæres meus~~ titius ex parte mihi hæres
præcipito tibi in hoc legati genere verba
testatoris dirigebantur ad alterum ex suis
hæredibus. res tantum testatoris legari
poterant et ex hoc legato oriebatur
actio familiæ erciscundæ id est hæreditatis.
dividendæ

Constituit Justinianus unam esse
legatorum omnium actionem et ex
quocumque legato quocumque modo relicto.
triplicem relative legatorio actionem competere
videlicet 1° actionem in rem si res propria
testatoris legata fuit quia hujus dominium recte
transit in legatarium. 2° actionem in personam
quæ ex testamento dicitur: quia hæres
adeunde quasi contrahit cum legatariis.
3° actionem hypothecariam; voluit
enim res omnes defunctæ legatariis tacito
pignore obligari.

ad Parag 4 et 5um

testator res omnes legare potest, modo
sint in hominum commercio; nihil autem

interest utrum res legata, vel testatoris sit, vel hæredis, vel etiam aliena.

Sed si testator legaverit rem alienam distinguendum est an testator sciverit rem esse alienam an ignoraverit.

in primo casu valet legatum, et hæres tenetur rem legatam redimere et eam præstare legatario. quod si eam redimere non possit tum quia dominus non vult eam vendere tum quia non vult nisi immodico pretio, tunc hæres tenetur ejus æstimationem præstare.

in secundo casu legatum non valet quia forsitan si testator sciisset rem esse alienam non legasset, et testator non præsumitur voluisse onerare hæredem. ex qua præsumptione in favorem hæredis sequitur ut onus probandi testatorem sciisse rem esse alienam incumbat legatario. quia semper necessitas probandi incumbit illi qui agit. valeret tamen legatum etiam si testator ignoraverit rem esse alienam si relictum sit personæ conjunctæ. vg. parenti uxori alicui ex cognatis aut etiam amico singulari

Si testator rem propriam pignore obligatam

Legaverit semper valet legatum,
sed ut sciamus quis debet luere
pignus haeres an legatarius eadem
adhibenda est differentia distinctio, utrum
testator sciverit rem esse obligatam et tunc
haeres debet eam luere; utrum ignoverit
et tunc legatarius eam luere debet. excipitur
casus: cum debitum exegerit aut saperat pretium
rei pro ea obligatae. tunc enim etiam si
defunctus ignoraverit rem esse obligatam;
haeres luere debet pignus. quia si legatarius
lueret nihil reliqui haberetur esset.

ad Parag. 6 et 7um

Causa lucrativa est illa in qua ille
qui nihil acquirit nihil amittit
de suo ut Donatio legatum &c.

Causa onerosa est illa in qua
ille qui acquirit amittit aliquid de suo ut
Emptio.

Principium est: Duae causae lucrativae
in eundem hominem et eandem rem simul
concurrere non possunt. id est qui rem
semel acquisivit ex causa lucrativa vlg ex
legato eandem rem iterum vel ejus pretium
consequi non potest ex causa simili

Testator rem alienam aut speciem legavit Titio sciens esse alienam. Titius vivo adhuc testatore ejus rei legatee factus est Dominus: quæritur an valeat legatum.

Si Titius hujus rei dominium habuerit et causâ lucrativâ veluti et donatione nihil postea et testamento petere poterit quia duæ causæ lucrativæ &c.

Si Titius hujus rei dominium habuerit et causâ onerosâ, veluti et emptione, tunc actione et testamento pretium consequi poterit. (aliud esset si certa quantitas aut summa bis legata esset)

Eadem ratione si a duobus testatoribus res eadem aliena in specie legata fuerit, distinguendum est.

Si legatarius et testamento primi testatoris rem ipsam habuerit nihil petere poterit et testamento secundi quia qui habet rem habet et æstimationem rei.

Si legatarius et testamento primi testatoris æstimationem rei tantum habuerit, et testamento secundi rem ipsam petere poterit quia qui habet

Estimationem rei non habet ipsam rem
sed non potest ex testamento secundo alteram
estimationem petere. quia duo causa
lucrativa &a.

quod de tota re dictum est idem est
de parte rei dicendum. itaque si testator
fundum alienum sciens legaverit. et
legatarius nudam ejus fundi proprietatem
habuerit. merit et postea ejusdem
fundi usum fructum morte usufructuarii
et consequenter ex titulo lucrativo acquisierit,
poterit deinde petere fundum sed proprietatis
quam habet ex titulo oneroso existimationem
tantum consequetur, id est pretium quod ipse
solvit nec obstat quod fundum potens plus
petere videatur. fundi enim nomine
plena proprietas intelligitur pena autem
illorum qui plus petebant erat ut causa
caderent si quidem in petitione fundi
usufructus tecum servitutis tenet. id est
legatarius petit fundum quasi altero
deberetur usufructus, et sic non plus
petere videtur.

Ad Parag 7um

Non solum res stantes legari possunt
sed etiam quae in rerum natura adhuc non sunt,
modo futura separentur. sic testator legari
potest fructus ex fundo nascituros

Sed quæritur quid juris si fructus non nascantur. et quidem si fructus legati fuerint, non expressa certa quantitate vel g. lego fructus nascituros. tum si nihil nascatur, nihil unquam debetur quia non constat de re legata; sed si fructuum certa quantitas expressa fuerit. vel g. lego centum dolia vini tum distinguendum est an fundus adjectus sit taxationis causa, an demonstrationis causa.

Fundus adjicitur taxationis causa cum vel quantitatis legatæ vel personæ legatarii mentio fit. post designationem fundi vel g. centum dolia vini de lego Titio e vinea Tusculana

Si fundus adjectus sit taxationis causa et nihil in fundo nascatur, nihil debetur legatario; quia cum ex hoc fundo taxative testator legare voluerit, hæc inest conditio si fructus nascentur. Et quia hæc conditio non ex testamento nota ex voluntate testatoris expresse venit, sed ex natura ipsius rei ideo legatum hujus modi non omnino pro conditionali habendum est. sed tantum quoad obligationem pro puro habendum est. quoad transmissionem; unde etiam si legatarius decideret antequam fructus nascantur; attamen transmittit ad suos hæredes petitionem legati cum fructus nascantur.

Si fundus adjectus sit demonstrationis causâ tunc etiam si nihil in fundo nascatur; nihilominus debetur quantitas legata, quia falsa demonstratio non vitiat legatum; quod valeret in isto casu etiam si testator fundum non designaverit

Ad Parag 8um

Potest testator rem eamdem legari pluribus, et tunc si concurrant omnes legatum inter eos dividitur, nec enim in solidum singulis dari potest. Sed si deficiat unus forte quia legatum repudiavit aut agnoscere non potuit; tunc locus est juri accrescendi.

Jus accrescendi, est jus retinendi vel acquirendi partem conjunctis deficientis.

In primis, sciendum est collegatarios eamdem rei modo triplici posse conjungi: scilicet vel re tantum, vel re et verbis, vel verbis tantum.

Conjuncti re tantum sunt illi quibus eadem res legata est, sed diversâ oratione hoc modo: Titio fundum tusculanum do lego. Mavio eumdem fundum do lego.

Conjuncti re et verbis sunt illi quibus eadem res eadem oratione legata est, hoc modo: Titio et Mavio eumdem fundum tusculanum do lego.

Conjuncti verbis tantum sunt illi quibus eadem res eadem oratione legata est sed ex aequis partibus, hoc modo; Titio et Mavio eumdem fundum tusculanum do lego. ex aequis partibus

jam vero jus accrescendi locum habet

Inter omnes Collegationes conjunctas cum hoc discrimine quod inter conjunctas re tantum portio deficiens accrescat invito et sine onere id est quod si unus ex conjunctis re tantum deficiat alter conjunctus non possit partem vacantem repudiare; sed non ideo teneatur subire onus impositum obligatario deficienti; dum inter conjunctos re et verbis et conjunctos verbis tantum portio deficiens accrescat volenti tantum et cum suo onere; id est quod si unus ex conjunctis re et verbis aut ex conjunctis verbis tantum deficiat, alter conjunctus possit partem vacantem repudiare, et si non repudiat teneatur subire onus impositum collegario deficienti

Ratio disparitatis est, quod inter conjunctos re tantum (qui etiam in jure disjuncti vocantur) quisque ab initio solidum habet; et quia nemo potest partem legati velle, partem legati nolle: ideo si deficiat unus, alter nihil praecise acquirit. sed potius retinet solidum non immutatum conturbu alterius. at inter conjunctos re et verbis, et conjunctos verbis tantum, quisque ab initio suam partem habet: ergo deficiat unus alter acquirit si velit partem collegatarii deficientis unde est quod interpretes vulgo aiunt locum esse proprii juris accrescendi inter conjunctos re et verbis, et conjunctos verbis tantum. Dum inter conjunctos re tantum seu disjunctos potius, locus sit juris non accrescendi.

Species hoc est: Testator ita scripsit re. fundum Tusculanum, secundo eumdem fundum

Tertio et quarto eumdem fundum, quinto et sexto eumdem fundum et aquis partibus do lego. quaeritur quod fiant partes fundi Tusculani si omnes velint concurrere? quid si vel unus vel plures deficiant?

Non solum inter collegatarios locum habet jus accrescendi, sed etiam inter coheredes. cum hoc discernimus quod locum habeat inter collegatarios ex presumpta voluntate testatoris. Dum locum habet inter coheredes ex necessitate juris, ne testator partim testatus partim intestatus decedat.

Ad Parag 10um

Si testator rem legatarii ipsi legatam legavit: quaeritur an valeat legatum?

Respondum est non valere, quia quod nostrum est nostrum amplius fieri non potest; sed si legatarius rem legatam vivo testatore alienaverit, distinguendum est utrum pure utrum sub conditione legatum sit.

Si legatum sit purum, non valet legatum, nec ideo convalescit licet legatarius rem alienaverit, quia legatum ab initio erat pure inutile et ex regula Catoniana quod ab initio non valet tractu convalescere non potest

Si legatum sit conditionale valebit quia regula catoniana non potest pertinere ad legata conditionalia. quorum initium est tempore conditionis existentis.

ad Parag 11um

Testater legavit rem suam quam putabat esse alienam aut legatarii: quæritur an legatum valeat.

Respondum est valere in utroque casu; in primo quia de voluntate testatoris dubium esse non potest is enim legavit rem suam quam alienam esse credebat; at fortiori legavisset si scivisset rem suam in secundo pariter valet quia veritas opinioni prævalet.

ad Parag 12um

Testater legavit rem suam et eam alienavit, postea quæritur an legatum valeat?

Distinguendum est; vel testater alienando habuit animum adimendi legatum, vel non habuit. in primo casu legatum non valet; in secundo valet. Dignoscitur tamen testatorem habuisse vel non animum legatum adimendi prout alienavit vel nulla urgente necessitate DG. si donaverit, vel urgente necessitate DG ut æs alienum solveret.

quod si testater legaverit rem suam et eam postea pignore dederit. in illo casu hæres teneretur eam luere sine ulla distinctione quia testater non habuit animum minuendi legatum cum nemo nisi urgente necessitate rem suam pignore obligat

ad Parag 13 14 et 21

Non solum res corporales legari possunt,

Sed etiam incorporales ut Si Ng testator legaverit nomen, vel deliberationem, vel debitum. imo et facta legari possunt. ut Si Ng testator heredem donaverit, ut aliquid faciat in gratiam alterius Ng ut domum alterius reficiat, ut aliquem ære alieno liberet.

Legatum nominis est quando testator alicui legat quod sibi alter debet. Ng: lego Titio quod mihi Mævius debet

Valet illud legatum, sed in hoc differt ab aliis, et notandum est. unicum hujus esse legati hujus modi effectum. ut heres teneatur præstare legatario actiones quas habet adversus debitorem, et nunquam teneatur aliquam summam numerare. unde legatum non valet. Si nihil testatori debeatur etiam Si certa quantitas ita expressa fuerit. et consistet de re legata quia Si nihil debeatur nulla sunt actiones quæ possint transmitti

Pariter non valet legatum nominis Si testator debitum exegerit, quia nomine exacto, extinguitur legati substantia. nisi legatarius probare possit testatorem etiam exigendo nomen non habuisse animum adimendi nomen. legatum. utpe Si Ng: exigerit quia debitor ad inopiam vergebat; ut Si Ng: debitor ultro pecuniam abstulerit et in ultro quæ casu pecuniam acceptam pro deposito habuerit.

Legatum liberationis est quando creditor debitori suo legat quod illi debet. Ng lego Titio quod mihi debet: valet hujus modi legatum; licet enim in hoc legato res legatoria propria ipsi legatur. attamen

(1911

in hoc legato continuatur liberatio ab obligatione quam obligationem in bonis creditoris esse nemo negabit.

Imo et valet huius modi legatum, etiam si nihil debeatur modo certa quantitas expressa fuerit; ita lego titio centum quae mihi debet. valebit hoc legatum centum etiam si nihil debeatur. quia falsa demonstratio non vitiat legatum. et aliunde constat de re legata quod diximus de legato nominis si testator debitum exegerit, idem dicendum de legato liberationis

Legatum debiti est quando debitor creditori suo legat quod ipsi debet. VG: lego titio quod ipsi debeo Evidenter non valet legatum huius modi, si nihil debeatur, quia non constat de re legata; Sed si expressa sit certa quantitas VG: lego titio centum quae ipsi debeo Cuna distinguendum est: vel testator nihil titio debet, vel debet minus quam centum vel centum debet quae legavit in primo et secundo casu legatum valet. quia falsa demonstratio non vitiat legatum. in tertio casu subdistinguendum est; vel plus est in legato quam in debito, vel non, si primum utile est legatum si secundum non valet.

Plus autem est in legato quam in debito. VG si legatur pari quod debeatur in diem certum, vel sub conditione; non irritum fiet legatum quamvis vivo adhuc testatore dies venerit et conditio exstiterit. quia ex sententia Papiniani quae prevaluit. subsistit legatum ab initio utile fuisse

Verum Et quo Justinianus Tripticum et legatis actionem competere voluit. Tempus actio ex Testamento plenior est et efficacior quam actio qua creditori competit. et ideo plus est in legato quam in debito.

De Parag 1 sum.

Legatum Dotis est quando maritus uxori suae legat quod in Dotem accepit. VG: lego uxori meae quod Dotis nomine intulit valet hujus modi legatum quia plenius est legatum, quam actio de Dote propter commodum repraesentationis (repraesentare est certe Diem solvere) nam si Dos pecuniaria fuit vel mobilis, uxor statim eam actione ex testamento repetere potest dum actione de Dote non poterat ab olim eam repetere nisi annua et tertia die id est tribus Solutionibus annuis et aequalibus, et ex constitutione Justiniani intra annum.

Si vero Dos esset immobilis statim repetii poterat quidem sive actione de Dote, sive actione ex testamento Sed etiam in hoc plenius erat legatum, quia tunc haeredes mariti non poterant repetere impensas utiles a marito factas.

quod si maritus nihil in Dotem acceperit. et uxori Dotem legaverit, vel legaverit non expressa quantitate. VG: uxori lego quod in Dotem intulit et tum legatum non valet. quia non constat de re legata.. vel legavit expressa quantitate. VG: uxori lego centum quae in Dotem intulit

Et tunc legatum valet, licet mulier nihil intulerit quia falsa demonstratio non vitiat legatum.

ad Parag 16um

Hoc est juris regula quod debitoris certi corporis interitu res debita liberantur. ergo si species aut etiam certa quantitas instar speciei veluti centum aurei quæ in arca sunt legata sit. et sine facto aut mora hæredis perierit. perit legatario. exemplum est. si testator servum alienum legaverit, et is servus sine facto hæredis a Domino manumissus fuerit.

Hoc est juris regula; nemo se eximere potest ab obligatione quâ tenetur, ergo si facto hæredis scientis aut ignorantis legatum. species legata perierit non liberabitur. exemplum est. si testator servum hæredis legaverit et ipse eum manumiserit aut alii donaverit. ad quo postea fuerit manumissus

ad Parag 17.

Si duæ res eidem legatæ sint et ex illis una perierit quæritur an debeatur altera?

Distinguendum est an res utraque sit principalis, an una sit principalis, an alia accessoria

In primo casu debetur quæ superest. Exemplum est si ancilla cum suis natis legata sit utraque quo legatum, est æque principale. quia homo non est accessio hominis

In secundo casu Extincta re principali non debetur accessoria Exemplum est si fundus cum instrumento legatus sit. fundo Enim alienato non debetur instrumentum.

ad Parag. 18 et 19um

Quemadmodum decrementum rei legatæ sustinet legatum ita et ipsam sentire augmentum æquum est. ergo sicut imminuto legato id quod superest debitori legatorio quamvis non nisi aviis non superesset et ita si fuerit auctus vel si fœtibus, vel si avibus a testatore adjectis, augmentum illud omne legatorio cedit. idem est si ædibus legatis quædam testator detraxerit aut iisdem quædam adjecerit; imo si areæ legatæ domus sit imposita placuit et solum et superficiem deberi. quod si ædes legatæ corruerint, area debetur legatorio. quia ad legatorium pertinet quidquid si re legata superest. aliud obtinere dicimus in usufructu ædium legatorium, quia usufructus cohæret formæ rei, et areæ earumdem non potest præstari usus ædium.

quæ definitur unum corpus ex distantibus capitibus constans. ædes sunt unum corpus ex cohærentibus lapidibus constans.

ad Parag 20um

Idem probatur Exemplo Peculii legati cujus incrementum aut decrementum ad legatorium pertinet utique antequam dies legati cedat.

Dies legati cedere dicitur quando legatum

deberi incipit. unde in legatis puris dies
cedit a morte testatoris.

Dies legati venire dicitur, quando
legatum peti potest, unde in legatis puris, dies
venit ab adita hæreditate

Ideo autem dies legati cedit a
morte testatoris, ut legatarius si moriatur post quam
dies cessit, sed antequam veniat, petitionem legati
ad hæredes suos transmittit unde evidenter
sequitur. quod si legata ejus naturæ sunt, ut
transmitti non possint, vel ratione rei legatæ,
ut si ususfructus legatus sit, vel ratione legatarii
personæ. ut si servo proprio relictum sit, tunc
dies legati cedat tantum ab adita hæreditate.

Unde si peculium servi legatum sit,
dies cedat. et incrementum debebitur usque ad
aditam hæreditatem, si ipsi servo manumisso relictum
sit. cedat dies et incrementum debebitur usque
ad mortem testatoris si extraneo sit relictum

Ad Parag. 22um.

Legatum Generis est quando testator rem
in genere legat. vel ex servis suis. et
tunc electio legatarius est, nisi aliud testator
dixerit, quæ verba significant nisi testator sermonem
deserit ad hæredem et in legato per damnationem
sed hoc observandum quod neque legatarius unquam
optimum eligere. nec hæres unquam pessimum
solvere possit.

Distinguendum tamen est in

Legato Generis utrum tale sit Genus quod a natura certos et determinatos fines habeat vlg Equus Servus, an non habeat vlg Fundus Domus &c. in priori casu valet huiusmodi legatum etiam si testator an servos habuerit nec equos. in secundo casu non valet legatum nisi testator in bonis habuerit. et tunc Electio heredis est.

In hoc praecipue differunt legata Generis vel quantitatis, et legata Speciei, vel corporis, quod illa nunquam perire intelliguntur legata vero Speciei vel corporis si pereant sine culpa aut mora heredis pereunt legatario quia debitores certi corporis liberantur interitu rei.

Ad Parag 23

A Legato Generis differt legatum optionis vel Electionis, quod fit hoc modo. Titius optato tibi unum ex servis meis 1° enim in legato optionis legatarius semper eligere potest, in legato generis quando quis haec ut diximus, 2° in legato Optionis legatarius quod est optimum eligere potest, in legato Generis nec optimum legatarius, nec pessimum heres solvere potest. 3° Si legatarius ante optionem decesserit, olim jus optandi non transferebat ad heredes suos, ita tunc legatum optionis converteretur in legatum Generis.

Hanc differentiam sustulit Justinianus

ad Parag 24

Illis legatum relinqui potest cum quibus est testamenti factio id est qui testamenti factionem passivam habent.

Ad Parag 25: 26: 27 et 28.

Persona incerta est illa, quam testator vagâ et incertâ demonstratione opinione animo suo subjicit. VG ei lego centum qui primus cras per forum transibit. olim personæ incertæ legari non poterant quia certum esse debet testantis consilium ita ut non valeret legatum ita relictum ei lego qui filiam suam filio meo in matrimonium dederit valebat tamen si incerta quidem persona sed ex certo personarum numero relictum fuisset VG ex cognatis meis qui nunc sunt ei lego qui filiam meam uxorem duxerit postea legari potuit etiam incertis personis, modo eventu postea demonstrentur.

ad Parag 29: 30: et 31.

Nomen et Demonstratio inventa.

Sunt rei aut personæ significandæ causa. Demonstratio est descriptio addita vel personæ legatarii, vel rei legatæ. ut utraque caute certius designatur

Error in nomine proprio vel in

Nomine proprio vel in Prænomine legatarii non vitiat legatum. Si aliunde constet de persona legatarii et de re legata.

Falsa demonstratio pariter non vitiat legatum modo constet de re legata, nec quidquam aliud obstet præter falsam demonstrationem. PG Lego titio fundum quem empsi ab Mævio. valebit legatum quamvis fundus ab alio Emptus sit.

Causa Est ratio legandi in præteritum tempus collecta. PG, titio quia me absente negotia mea curavit centum do, lego; Et quia falsa causa minus legato cohæret quam falsa demonstratio. ideo minus nocere debet.

Legato tamen noceret falsitas causæ. Si esset expressa conditionaliter. PG si titius negotia mea gesserit. si lego centum. quia conditio in præteritum tempus collecta, si falsa sit. statim inutile reddit legatum.

Modus est ratio legandi in futurum tempus collecta PG titio centum lego. ut mihi monumentum post mortem meam extruat modus legatario impositus adimpleri debetur, ideo qui non potest legatarius antea petere quam caverit de modum implaturum

ad Parag 32 et 33

Legari potest vel pure, vel in diem, vel sub conditione. legatum purum est quando nec dies nec conditio adjicitur. PG titio centum lego.

Legatum in diem est quando dies legato adjicitur. PG. titio centum lego. post biennium

a Morte meâ

Legatum sub conditione est quando conditio legato adjicitur; VG: Titio centum lego si navis ex asiâ venerit.

Dies legati venire dicitur quando legatum petere potest.

jam vero si legatum sit purum dies cedit a morte testatoris. et venit ab aditâ hæreditate, Ergo si legatarius decedat post mortem testatoris, sed ante aditam hæreditatem legatum transmittit ad hæredes suos.

Si legatum sit in diem leg dies cedit a morte testatoris et venit ab eventu dici ergo si legatarius decedat post mortem testatoris, sed ante eventum dici legatum pariter transmittit ad hæredes suos; si legatum sit conditionale dies nec cedit nec venit nisi ab eventu conditionis. ergo si legatarius decedat ante eventum conditionis nihil transmittit ad hæredes suos.

ad Parag 34 35 et Ultimum

Olim non valebant legata, si relicta fuissent ante hæredis institutionem quæ habebatur tanquam caput testamenti ea deinde valere voluit justinianus. quia inicivile esset scripturæ ordinem sequi, neglegere autem voluntatem testatoris.

Olim obligatio quæ non cœperat a defuncto. vel contra defunctum incipere non poterat a persona hæredis vel contra hæredem. ergo non poterat legari ita Titio cum mortuus fuerit do lego. valebat tamen ita. cum hæres veniatur

quia momentum mortis vitæ attribuendum est. hæc omnia indistincte valere voluit Justinianus.

Legatum bona nomine relictum. erat illud quod relinquebatur hæredis coercendi causa. ut aliquid faceret vel non faceret. olim non valebat illud legatum, quia relinquuntur legata potius ad gratificandum legatorium quam ad coercendum hæredem postea hæc valere voluit Justinianus tanquam relicta sub conditione cui parere teneatur hæres.

Titulus VI

De Ademptione Legatorum.

Ademptio Legatorum est eorum revocatio a testatore facta. vel verbis. VG. quod titio legavi non lego; vel facto. VG si testator rem legatam suâ necessitate alienaverit

Titulus VII.

De Lege Falcidiâ

Liberrimâ Tot legandi facultate abutebantur quandoque testatores hæreditatem suam legatis exhauriendo tuno enim intestati moriebantur quia hæres nullo lucro invitatur imò subjectus oneribus hæreditariis repudiabat hæreditatem

Lata fuit lex Falcidia quâ cautum fuit. ne testator posset legare uni vel pluribus

Plus quam dodrantem seu nouem unciarum
bonorum ita ut si legabet supra, posset hæres
retinere quartam vel quod deesset quartæ, et hæc
quarta vocatur quarta falcidia.

Quarta falcidia est quarta pars bonorum
testatoris quam hæres deducere potest ex legatis vel
fideicommissis singularibus, si hæreditas sit exhausta
vel onerata legatis.

Exhausta est hæreditas quando testator legavit
totam suam substantiam.

Onerata est hæreditas quando testater
legavit plus quam dodrantem.

Imo si testator duos hæredes instituerit
et partem alterius exhauserit vel oneraverit legatis
unusquisque quartam habere debet suæ partis
hæreditariæ quod si alter ex hæredibus defecerit.
ita ut alter jure accrescendi integram hæreditatem
habeat, tunc si portio onerata accrescat portioni
non onerata detrahetur quarta; non vero si
portio non onerata accrescat portioni onerata.

quoniam autem quarta falcidia deducitur
ex bonis defuncti et bona non intelliguntur nisi deducto
ære alieno ideo deduci debent quasi extra
bona defuncti 1o æs alienum, 2o impensæ funeris
3o pretia servorum manumissorum.

Titulus 23

De fidei Commissariis Hereditatibus et ad Senatus consultum Trebellianum

Senatus consultum est illud omne quod quis honoratus rogatus dare vel facere de suprema defuncti voluntate.

Duplex est universale et Singulare

universale est illud quo haeres totam hereditatem vel partem quamlibet hereditatis ut tertiam, quartam &a rogatur alteri restituere.

fidei committens est ille qui rogat restituere.

fiduciarius est ille qui rogatur restituere. fidei commissarius est ille cui restituitur. Duo ante Justinianum erant Senatus consulta. Pagasianum scilicet et Trebellianum quae duo conflavit in unum Justinianus cujus post confusionem tria fuere Capita. to

1o Capite haeres fiduciarius potest retinere quartam hereditatis quam rogatur restituere.

2o Capite actiones transeunt in fidei commissum pro parte ipsi restituta.

3o Capite fiduciarius recusans adire hereditatem in cogitur adire periculo fidei commissarii in quem actiones utiles transeunt, et tunc fiduciarius quartam retinere non potest.

Non omnes fidei commisso onerare possumus quos honoramus, ita ut non solum hæres testamentarius, legatarius fidei commissarius ipsimet rogari possunt sed etiam hæres legitimus, quia ei damus non solum quibus damus sed etiam quibus non ademimus quod possumus adimere

Titulus 24

De singulis rebus per fidei commissum relictis.

Fidei commissum singulare est illud quo hæres vel legatarius rem singularem vel certam summam rogatur restituere, et ita relinqui possunt non solum res propria testatoris hæredis aut legatarii sed etiam res aliena

Inter legata fidei commissa singularia nulla est differentia nisi quod legata verbis directis civilibus et imperativis relinquatur vindicato Damnas esto &c. fidei commissa vero verbis indirectis et precativis rogo, peto fidei committo.

Titulus 25us et ultimus

De Codicillis ad T.T.

Codicilli sunt testatæ vel intestatæ voluntates minus solemnis quam testamentum. De eo quod post mortem suam fieri vetit.

Ad Parag 1 et 2dum

Non ab eo solum qui testamentum fecit codicilli fieri possunt, sed etiam ab intestato; ei suis substituendis viribus illi ex testamento vires accipiunt

Per fideicommissum nihil directo relinqui potest in codicillis; ergo hereditas neque directo dari potest neque ademi directo.

Ad Parag Ultimum

Plura testamenta quis dem testatoris esse nequeunt possunt. sed potest quis plures conficere codicillos. conficiendi habet. testamentum enim injustum non valet jure codicillorum nisi apposita sit clausula codicillaris

Clausa codicillaris qua testator declaret se velle ut si testamentum non valeat jure testamenti valet jure codicillorum, vel quo meliori jure valere poterit.

Finis Secundi Libri

Institutionum liber 3us.

A Titulo 1o usque ad Titulum 1imum

Interpretatio Novellæ 118.

De Hæredibus ab intestato venientibus

Adnotatur suo cuique loco in eo quo conveniat cum codice civili, et in quo differat.

Ante Justinianum varia in usu erant successionum ab intestato species, scilicet suorum hæredum agnatorum species cognatorum, successionum prætoriarum, et denique earum quæ fiebant per bonorum venditionem et ex Senatus consulto Claudiano. De his tractatur a Titulo 1o usque ad Titulum Decimum quartum.

Jus novum introduxit Justinianus Novella 118. in quâ veterem immutavit successionem ab intestato.

Cum enim animadverteret naturæ et rationi esse consentaneum ut ad defuncti successionem vocatur illi quos maxime videtur amasse qui intestatus decedit, animadverterat insuper amorem decundere si non habeat quo decundat ascendere; et si non habeat vel quo decundat, vel quo ascendat tunc demum ad latus devergere, deo tripticum ordinem succedendi ab intestato constituit in laudatâ novella, cujus dispositionem in tres articulos distributam exponere juvat.

Art 1us

De Successione Descendentium

Ad hæreditatem intestati primo ordine vocantur descendentes. quo nomine intelligimus eos qui vel naturâ liberi nostri et posteri sunt. vel per legem liberorum loco habentur, ergo vocantur non solum filii et filiæ, sed etiam nepotes et neptes. et denique tam ex filio quam ex filia nati modo non habeant parentem qui potior sit. (idem cc. art 915) veniunt etiam nati quam posthumi (idem cc art 906) tum Emancipati quam sui, veniunt denique non solum legitimè nati, sed et legitimati, et quidem sine dubio si per subsequens matrimonium legitimati fuerint. (idem cc. art 333) Si autem per rescriptum principis idem erit dicendum nisi ex incestuoso et denunciato Coitu. fuerint susceptii.

Et vero quamvis in hoc ordine descendentium vocentur omnes gradus qui parentem superiorem habent, non tamen credendum est singulos æquales partem esse habituros; quæ ut pateat distinguendum est. aut enim supersunt liberi soli primi gradus, id est filii et filiæ vel istis defunctis soli existunt liberi secundi gradus id est nepotes et neptes. vel denique quidam existunt filii et filiæ, et ex aliis filiis aut filiabus defunctis existunt nepotes et neptes.

In Prime casu Successio dividitur in capita. id est tot sunt partes quot sunt capita.

in Secundo casu Successio dividitur in stirpes, id est tot fiunt partes quot sunt stirpes.

in Tertio Casu filii succedunt in capita nepotes vero in stirpes (idem CC Art 743 P 1us)

Rursus fieri potest ut descendentes nati sint ex diversis matrimoniis: in hoc casu filius aut filia succedit suo parenti soluc. omnes vero simul concurrunt in successione parentis communis ut eam inter se dividant equaliter. (idem CC Art 743)

Notandum est nepotes jure representationis succedere in locum patris defficientis sive morte naturali defecerit, sive morte civile. (idem cc art 744 imo si pater successioni renunciaverit, in ejus locum nepotes jure suo id est in vim sui Gradus, non autem patrem representando veniunt (id CC art 787

Denique in hoc ordine descendentium observandum est filios ab intestato venientes teneri in successionem conferre quod quisque prius a parente accepit de cujus successione agitur, sive acceperit titulo donationis inter vivos, sive favore matrimonii sive titulo dotis acceperit. ratio est quia hæc omnia ex bonis patris proveniant hæc solum filii sed etiam nepotes conferre tenentur. quando hereditas versatur in secundo Gradu. vel si cum filiis concurrant. (id CC art 843 il faut voir aussi l'art 848.)

art: 2 Dus

De Successione Ascendentium.

Defunctis descendentibus cujus libet Gradus locus est successioni ascendentium. inter quos regulæ hæc constanter observatur. ut proprior ceteros excludant remotiores, et hæreditatem inter se dividant in capita si sint ejusdem lineæ et in stirpes si sint diversæ lineæ (C de c.c art 746 Parag 1us et 2dus" et toutefois après
» avoir divisé la succession par moitié entre les
» ascendants de la ligne paternelle, et les ascendants
» de la ligne maternelle)".

Ergo si quis moritur patre jam mortuo superstite matre et avo paterno sola mater integram capiet hæreditatem excluso avo paterno. ratio est quia mater est proprior. (C'est après le code civil art 746. Parag. 1er la mère ne recueillira que la 1/2
affectée à la ligne.

quod si decesserint pater et mater superstite avus et avia, vel solus avus paternus superstite quoque avus et avia maternus tunc dividetur hæreditas in duas partes unam partem habebunt avus et avia, vel solus avus paternus aliam dimidiam partem inter se dividendo avus et avia maternus

Standum est cum ascendentibus (ce qui par le code civil, art: 746 se restreint dans ce cas auf seuls pères et mères) concurrere fratres

aut Sorores germanos. (ceux ci ainsi que les consanguins et les uterins excluent les ascendants autres que les Pères et mères art 746 et 750) quo casu hæc erit observanda regula ut ascendentes succedant in lineas et fratres Sorores quæ in capita unde si supponatur aliquem decessisse relictis patre et matre fratre et sorore Germanis admittentur omnes et divisio fiet in capita. (par le code civil art 746 1/4 au Père 1/4 à la mère et 1/2 aux frères et aux sœurs Germains ou consanguins ou uterins.)

quod si decesserint pater et mater superstite avus et avia paternus, superstit quoque solus avus maternus, superstint denique frater et Soror hæreditas dividetur in quatuor partes unam simul habebunt avus et avia paternus quæ solus superest in hac linea, tertia pars debebitur fratri et quartam feret Soror. (par le code civil art 746) 1/4 qui eut été devolu au père et à la mère s'ils eussent vécu appartient aux frères et aux sœurs et le partage s'opere entre eux par egale portion. s'ils sont tous du même lit, et s'ils sont de lits differents la division se fait par 1/2. entre les deux lignes paternelles et maternelles du defunct art 752).

Sequi hoc casu interest unde bona defuncti pervenerint, an ex linea paterna, an ex materna. etiam in concursu ascendentium cum fratribus et sororibus Germanis singulare

quod usus fructus portionis delatæ fratribus aut sororibus Germanis non debeatur parentibus in cujus potestate sunt. C par l'art 754 le père et la mère ou la mère survivante doit avoir l'usufruit d'un 1/3 des biens auxquels ils ne succèdent pas en propriété lorsqu'il est en concours avec les collatéraux autres que des frères ou sœurs.

Notandum est præterea non solum fratres et sorores Germanos concurrere cum ascendentibus ut diximus sed etiam fratrum aut sororum Germanorum defunctorum liberos ad successionem patrui vel avunculi defuncti esse admittendos una cum ascendentibus et fratribus defuncti aut sororibus Germanis; quo casu hæc erit observanda regula ut ascendentes succedant in lineas fratres vero et sorores in capita, et nepotes et neptes ex fratribus vel sororibus defuncti succedent in stirpes jure representationis eis data portione quam pater eorum aut mater habituros esset si viveret (id CC art 752 et 750.

unde si supponatur quem decessisse, relictis patre et matre, fratre relicto vel sorore, et ex alio fratre vel sorore defuncto relictis nepotibus hæreditas in quatuor partes erit dividenda quarum unam habebit pater aliam mater ferè, debebitur alia fratri vel sorori superstiti et quartum demum inter se dividunt nepotes ex filio defuncto.

Tandem observandum est 1° solos filios fratris vel sororis cum ascendentibus sibi superstites quoque fratres et sorores ut esse admittendos ergo non admittentur ejusdem nepotes quia in linea collaterali locum

non habet jus representationis nisi in primo gradu. Cod. CC art 742.

Observandum est 2° filios fratris aut sororis Germani non concurrere cum ascendentibus, nisi supersint quoque fratres et sorores; ergo si soli supersint ascendentes et soli nepotes ex fratre defuncto excluderentur uti ab ascendentibus. idem CC art 743 et 751.)

Observandum est 3° cum ascendentibus C. ce qui s'entend, comme ci dessus des seuls pères et mères) concurrere solum fratres et sorores germanos; ergo non concurrunt consanguinei id est ab eadem patre nati, nec uterini, id est ab eadem matre nati. Caluid CC art. 752.

art. 3me

De Successione collateralium

Deficientibus descendentibus et ascendentibus ad successionem legitimam vocantur collaterales, sine distinctione sexûs agnationis et cognationis. et ita succedunt ut proprieres excludant remotiores praeter fratres aut sorores germanos ipsorum qui liberos qui cateros omnes collaterales excludunt. CC art 750. quo circa hoc observatur regula ut si quis decedat relicto fratre aut sorore Germano. relictis etiam fratribus aut sororibus ex uno tantum latere junctis. excludantur isti a fratre. C par le code.

Civil art. 752. les Germains dans exclure les consanguins ou uterins prennent part dans les deux lignes, et les consanguins ou uterins chacun dans leur ligne seulement.) idem erit si decesserit relictis liberis fratrem aut sororum germanorum, relictis insuper fratribus aut sororibus ex uno tantum latere junctis. in hoc enim casu excludent liberi fratres et sorores defuncti; quod si decesserit fratribus Germanis relictis, et ex alio fratre Germano defuncto relictis liberis isti admittentur cum fratribus defuncti. (id cc: art 752.) ita tamen ut fratres succedant in capita et filii fratrum in stirpes (id cc art. 742. Sed quaeritur an solis superstitibus filiis fratrum successio dividatur an in capita an in stirpes tutior videtur sententia eorum qui contendunt hoc casu divisionem fieri in capita. quia filii fratrum veniunt jure suo. non autem jure representationis.

Ex dictis sequitur in hac successione posse contingere ut monuimus proximiores excludi a remotioribus aliqua peculiari ratione. sic fratres et Germani sorores excludunt fratres et sorores consanguineos vel uterinos. quamvis sint gradu propter vinculum duplex quo germani tenentur defuncto. eadem ratione eorum filii excludunt patruos suos et avunculos consanguineos aut uterinos licet isti sint proximiores. sic ex iidem filii Germanorum excludunt patruos defuncti licet patruus in eodem gradu sit cum ipsis (id cod civil art 742.) ratio est quia patruus et avunculus

defuncti instar sunt ascendentium, filii vero fratrum instar descendentium quorum jura sunt sortiora.

quod si deficiant fratres vel sorores Germani ipsorum qui liberi succedant fratres et sorores ex uno latere junctis. ipsorum qui liberi, ita ut fratres et sorores succedant in capita et liberi in stirpes (cd cc art 762)

Ex dictis sequitur duplex vinculum nihil operari nisi inter fratres et sorores ipsorum qui filios. unde post eos vocantur ceteri collaterales tam ex uno latere quam ex utroque qui latere conjuncti inter eos servatur gradus prerogativa. d cc art 763.

Titulus 14

De Obligationibus

(Dig l 44 t 7 c 44 t 10. cc 4 3 t 3)

ad P P

Aliud est jus in re, aliud jus ad rem. De præcipua specie juris in re, seu de dominio hactenus egimus et explicavimus modos quibus nobis acquiritur. tum ex jure Gentium. tum ex jure civili.

Sequitur ergo tractatus de jure ad rem. quod venit ex obligatione

les 18 pages suivantes sont blanches